1. — Sento (e senza poter dubitare della verità di tal voce) che l'Eminentissimo Arcivescovo (2) ha manifestato a diverse persone un, non so se suo proprio o altrui, giudizio intorno all'insegnamento di V. R. — che, cioè, abbia varie proposizioni panteistiche ossia spinozistiche. — Ora, egli è dell'interesse non meno di V. R. che di noi e della Compagnia, che questa accusa si metta in chiaro; chè non possiamo essere in tal materia indifferenti. — Dunque, o V. R., o per Lei il P. Rettore (3), *domandi in iscritto all'Eminentissimo che si degni indicare distintamente le proposizioni notate di tali errori:* onde o possa giustificarsi V. R., o emendare tali proposizioni. Si faccia tal domanda, *con tutto il rispetto, in iscritto.* Se scrive V. R., il P. Rettore vegga la sua lettera, onde non vi sia sbaglio veruno.

Dubium motum est de eius doctrina philosophica.

(10) Etiam in aliis epistolis P. Roothaan magnam curam ostendit de memoriis Patris Odescalchi colligendis et conscribendis: cf. Pirri, *C. Odescalchi*, 451-455.

(1) P. Alexander Saprynowski, *Prov. Romanae* (1793-1810-1863), patria Rossiacus, fuit Lector philosophiae variis in Collegiis: Regii, Spoleti, Ferrariae, Firmi etc., et etiam per breve tempus (an. 1835) in Collegio Romano. Annis 1842-1846 Oeniponte in Austria theologiam docuit et studiis praefuit; sed dein in Prov. Romanam rediit et philosophiam iterum docuit variis in locis. Ultimis annis in Domo probationis Romana ad S. Andreae degit, ibique pie obiit die 23 Apr. 1863.

(2) Em. Card. Philippus De Angelis (1792-1877), Archiepiscopus Firmanus a d. 27 Ian. illius anni 1842, qui ceterum Societati amicissimus fuit: cf. Galletti, I, 573; item Roothaan, *Epistolae*, vol. V, pp. 956 sq.

(3) P. Michaël Xaverius Tomei (cf. epist. CCCXVI), qui paulo post a munere cessavit, in Collegium Romanum Lector theologiae moralis vocatus. Cf. Sommervogel, VIII, 94.

Quomodo res explicari possit.

2. — Sappiamo che presentemente molti filosofi di diversi sistemi si trovano scambievolmente il panteismo nelle dottrine gli uni agli altri. Ma non per questo tutte quelle dottrine sono panteistiche! — Spero che V. R. nella sua filosofia abbia insegnato ben chiaramente la distanza che passa infinita tra l'Ente *necessario*, e gli enti ossia le esistenze *contingenti;* quello *assoluto*, questi *dipendenti;* quello *eterno*, questi *no;* quello *infinito* e *perfetto*, questi *finiti* e *imperfetti*, ecc. Come dunque ha potuto insegnare il panteismo? — Non ha insegnato anche in filosofia il dogma della *creazione?* Or, questo solo esclude per sè il panteismo; nè il panteismo è nato in cervello a nessuno, se non se per essersi allontanati da questa grande e primaria verità. — Potrebbe essere che in qualche spiegazione Le fosse sfuggita qualche proposizione, la quale a forza di raziocini potesse, al parere di altri, condurre ad una conclusione che sentisse di panteismo; — e se ciò fosse, è bene conoscerlo, per meglio spiegarsi; — ma forse per questo si ha da dire: *insegna il panteismo?* — Basta. Bisogna *assolutamente* che venga schiarita l'accusa (4).

Non approvo poi *io da qui*, l'essersi abbandonato per questo il pensiero di una difesa pubblica (5). *A me qui* sembra questo una specie di *confessione* del torto. — Ma, se sia vera *prudenza*, e non vano *timore*, io al P. Rettore ne rimetto il giudizio.

A' SS. SS. SS. ecc.

Rom. IV, 221 sq.

---

(4) Ex alia epistola a P. Roothaan paulo post (d. 25 Iul.) ad eundem P. Saprynowski, data colligitur res soluta esse pacifice: « Ringrazio V. R. della stimatissima Sua de' 22 andante, con la quale mi comunica il colloquio tenuto con Sua Eminenza. Dopo di questo non occorre altro; e sarà meglio, sì, mostrarsi soddisfatti » (Rom. IV, 225). — Paulo post P. Saprynowski missus est Oenipontem in Austria (v. not. 1); sed de hac translatione iam prius agebatur, nec videtur tribuenda huic querelae.

(5) Id est, *disputatio philosophica*, quae re vera facta est; nam, in eadem epistola de qua in nota 4, P. Roothaan dicit: « Per le tesi da difendersi in pubblico spero che V. R. avrà posti gli occhi sopra un giovane ben capace di uscirne con onore, lo che è di molto rilievo costì, massime nelle attuali circostanze » (Rom. IV, 225).

CCCXLII.

AD R. P. BARTHOLOMAEUM MANTOVANI (1), Rectorem Collegii.

Faenza.

1. *Novo Rectori animum addit.* — 2. *Quibus studiosius attendendum.*

Roma, 1 Novembre 1842.

1. — E sì, caro Padre, l'*ubbidienza fa far miracoli!* Dunque confidi! Soltanto si ricordi della preghiera di Salomone fatto Re. La prima domanda che fece al Signore fu questa: « Dabis ergo, Domine, servo tuo *cor docile* » (2). Docile, alla voce di Dio, docile alle prescrizioni dell'Istituto, delle regole, — docile agli avvisi de' Superiori, ed anche ai consigli de' Consultori, quando sieno veramente pel bene, rinnegando l'amor proprio ad ogni attacco al proprio parere. E' vero che i sudditi sono sicuri di non sbagliare ubbidendo; ma i Superiori, per loro parte, non sono infallibili. Novo Rectori animum addit.

2. — Del resto, coraggio e confidenza nel Signore! E tenga fermo il principio, che il suo *primo dovere* è di aver cura del buon andamento del Collegio in queste quattro categorie: 1° *Osservanza* e spirito de' Nostri; — 2° *Scuole;* — 3° *Ministero* spirituale e benefizio de' prossimi; — 4° *Economia.* Si guardi dal mettere il 4° ed anche il 3° in primo luogo. Quibus studiosius attendendum.

A' SS. SS. SS. mi raccomando.

Rom. IV, 250.

---

(1) P. BARTHOLOMAEUS MANTOVANI, *Prov. Romanae* (1801-1831-1868), a paucis diebus renuntiatus erat Rector Collegii Faventini (28 Oct. 1842). Variis locis, ante et post rectoratum illum, fuit Minister vel Pater spiritualis. De eo, ab editore epistolarum Patris Bresciani, hoc elogium scriptum invenimus: « Il P. Bartolomeo Mantovani, ferrarese, uomo di amabile ingegno e di zelo tanto soave quanto efficace nel trattare i giovani, stimolò gagliardamente il Bresciani, suo grande amico, a comporre il *Tionide,* e gli suggerì non pochi degli ammonimenti che leggonsi in quel caro volumetto. Egli passò al Signore, con santa morte, ai 6 Marzo del 1868 » (BRESCIANI, *Opere,* XVI, 297). Ipse P. Bresciani *(ibid.)* dicit: « Egli è l'autor vero del *Tionide,* e a lui si dee il po' di bene, che si fa da quel libretto ». Quod quidem utrique laudi vertitur. — *Tionide,* seu plenius: *Ammonimenti di Tionide Nemesiano al Giovine Conte di Leone, de' mezzi per conservare la buona educazione ricevuta in Collegio,* unum fuit e primis operibus Patris Bresciani (cui in Academia « Arcadia » academicum nomen datum erat *Tionides Nemesius):* anno 1838 primum editum, anno 1840 iam undecimam editionem attigerat. Cf. SOMMERVOGEL, II, 116.

(2) Cf. *III Reg.*, III, 9.

CCCXLIII.

AD R. P. ALOISIUM DI CANOSSA [1].

Fermo [2].

1. *Laudat eius studium « decoris domus Dei ».* — 2. *De beneficis sanctae paupertatis effectibus.*

Roma, 25 Febbraio 1843.

Laudat eius studium « decoris domus Dei ».

1. — Ho conferito col P. Rettore [3], qui trattenutosi alquanto, i bisogni di cotesta povera chiesa, che V. R. mi ha particolarmente dichiarato nella sua carissima degli 8 corrente, e da cui il Suo cuore ardentemente *diligens decorem domus Dei* [4] non può non sentirsi punto come da spina sul vivo.

Come scrissi nell'ultima mia, vorrei si potesse far di più; il ripeto anche ora, giacchè a me pure sta assaissimo a cuore *locus habitationis gloriae suae* [5]; e sono solito di esortar i Superiori ad averne gran cura, ricordando quel che ci fa chiedere la Chiesa: *sic nos tu visita, sicut te colimus* [6]. Ma bisogna che, tra tante necessità di questa sorte e simili, io vada distribuendo i mezzi secondo che il Signore medesimo me li presenta, e secondo la maggior urgenza.

Con tutto ciò ho subito procurato di rimediare al principale bisogno, consegnando un calice al suddetto P. Rettore, il quale ha avuto cura di farlo portare a codesto Collegio; e per dar qualche aiuto a provvedere alle altre cose più necessarie, sebbene fosse già destinata per altre necessità la somma di che parla V. R., nondimeno ne farò il sacrifizio della metà applicandola per codesta chiesa.

De beneficis sanctae paupertatis effectibus.

2. — Del resto benedico assai il Signore, che si compiace di assisterLa per promuovere costì la sua maggior gloria e la salute delle anime. Che se in codesto Collegio dà loro occa-

---

[1] P. ALOISIUS DI CANOSSA, natus Veronae e clarissimo genere d. 20 Apr. 1807, Societatem post longas difficultates Gubernii Austriaci ingressus est Romae d. 25 Mart. 1837, et sacerdotio auctus Mutinae anno 1841. Praedicationi aptissimus, variis in locis huic ministerio operam dedit. Erecta anno 1846 *Prov. Veneta*, huic adscriptus est. Haud multo post perturbationes politicas annorum 1848-1850, cum ob malam valetudinem vix posset vitam communem peragere, ad ultima vota nondum promotus, in patriam apud suos secessit, a Societate recedens, cui tamen semper mansit addictissimus. Anno 1861 Episcopus Veronensis renuntiatus, anno 1877 S. R. E. Cardinalis creatus est. Pie obiit nonagenario maior anno 1900. Cf. ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. IV, pp. 5-8. Item, *L' Università Gregoriana etc.*, 214 sq.

[2] P. di Canossa erat tunc in Collegio Firmano « Concionator Bonae Mortis » (cf. Catal. Prov. Rom. an. 1843).

[3] Erat tunc Rector Collegii Firmani P. MARCUS ROSSI, *Prov. Romanae* (1799-1818-1882), eloquentiae fama sua aetate clarus.

[4] Cf. *Ps. XXV*, 8: « Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae ».

[5] V. notam praeced.

[6] Brev. Rom., Hymn. « *Sacris solemniis* » in festo Corporis Christi, ad Matut.

sione di sperimentare gli effetti della santa povertà, ho molto da ringraziarlo e benedirlo, e per la parte che lor fa gustare di questo dono, e per l'allegrezza che loro dà nell'abbracciarne volontieri gl'incomodi; come già scriveva a principii della Compagnia il S. N. Padre: *Non est in minimis beneficii huius ponenda gratia, quod dignetur vos Divina Bonitas eius doni experientia et sapore, cuius perpetuis teneri nos desideriis oportet, si fingi volumus ad Christi Iesu Ducis nostri similitudinem* (7).

A' SS. SS. SS. molto mi raccomando, ecc.

Rom. V, 17 sq.

CCCXLIV.

Ad R. P. Ignatium Gurri (1),
Rectorem Collegii.

Ferrara.

1. *Gaudet de pia unione Purissimi Cordis B. M. V. — 2. Ad id tamen necesse non est colligere eleemosynas.*

Roma, 19 Maggio 1843.

1. — Mi è stato di molta consolazione il desiderio dell'Eminentissimo Arcivescovo (2) di stabilire in codesta chiesa la pia unione di preghiere all'Immacolato Cuore di Maria SS.ma per la conversion de' peccatori (3); e prego il Signore di favorirla, come suole, con abbondanti benedizioni.

Gaudet de pia unione Purissimi Cordis B. M. V.

2. — Approvo ben volontieri questo santo progetto. — Ma non evvi bisogno alcuno di raccoglier limosine. Questa unione non ha funzioni nè feste da celebrare; per quattro candele,

Ad id tamen necesse non est colligere eleemosynas.

(7) Ex *Epistola* S. Ignatii de Loyola *Alumnis Soc. Iesu in diversis Europae locis degentibus*, d. 24 Dec. 1552. Antiquum apographum est italicum, editum in *Monum. Hist. S. I.*, *Monum. Ignat.*, ser. I, vol. IV, pp. 564 sq. En locus hic allatus: « Non è poca gratia, che si degna far la divina buontà, dar questo gusto attuale di quello, che sempre deve esser nel desiderio nostro per conformarci alla guida nostra Jesù Xro. secondo il voto et instituto santo di nostra religione... ».

(1) P. Ignatius Gurri, *Prov. Aragoniae* (1805-1823-1879), Barcinone natus, sed Provinciae Romanae prius adscriptus, in ea diu mansit, docens humanitatem variis locis et Rector Collegiorum Ferrariensis (1840-1843) et Firmani (1843-1846). Post perturbationes politicas anni 1848, in Hispaniam rediit indeque in Americam Meridionalem solvit, ubi diu fuit Superior Domus probationis et Magister Noviciorum in Chile; demum Superior Residentiae SS. Conceptionis, qua in urbe pie obiit d. 23 Oct. 1879.

(2) A die 30 Ian. 1843 Archiepiscopus Ferrariensis erat Card. Ignatius Ioannes Cadolini (1794-1850), qui fuerat Secretarius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide. Cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. IV, p. 329; vol. V, pp. 726, 916, 959.

(3) Agebatur de *Confraternitate Immaculati Cordis B. M. V. pro conversione peccatorum*, cuius centrum seu Archiconfraternitas instituta erat paucis ante annis Parisiis in templo Nostrae Dominae a Victoriis nuncupato, zelo et cura optimi sacerdotis Rev. D. Renati Dufriche des Genettes, Patri Roothaan amicissimi. P. Roothaan hanc pietatis formam plurimi faciebat et studiose diffundendam curabat. Cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. V, pp. 588-592.

che si abbiano ad accendere all'altare del Purissimo Cuore di Maria nel tempo delle prescritte preghiere, può somministrarle la chiesa senz'aver a cercare per ciò limosine. Se queste saranno necessarie per promuovere o stabilire qualche conversione, si potranno chiedere nelle particolari occasioni, raccomandando alla carità de' confratelli il bisogno dell'anima convertita. Per la celebrazion della Messa nel sabato neppur è necessario procurar limosina; se verrà offerta a tal fine, si farà applicare da qualche sacerdote esterno; altrimenti uno de' nostri sacerdoti può applicarla (4). E qual fine più a noi conveniente può prefiggersi nel celebrar la santa Messa di quello della conversion de' peccatori? Solamente l'ora che V. R. ha indicato, sarebbe d'incomodo ad uno de' Nostri; ma non evvi necessità alcuna che tal Messa si celebri un'ora circa prima di mezzogiorno. In altre chiese si celebra in altr'ora, v. gr. tre ore prima del pomeriggio. Quest'ora è libera, e il fissarla dipende dalla maggior comodità, che potrà avere il popolo per concorrere ad assistervi, e a recitar le solite preghiere per la conversione de' peccatori. — Dunque non v'è bisogno di tener cassa di limosine.

Presenti i miei ossequi all' E.mo Arcivescovo, e la mia contentezza per la suddetta pia Istituzione, che vuole stabilire in codesta sua Archidiocesi.

A' SS. SS. SS. molto mi raccomando, ecc.

Rom. V, 47 sq.

CCCXLV.

Ad R. P. N. N. (1).

1. *Prudentiam inculcat in directione spirituali.* — 2. *Norma prudentiae sequenda in usu quarundam communicationum mysticarum.*

Roma, 29 Giugno 1843.

Prudentiam inculcat in directione spirituali.

1. — Ringrazio V. R. della Sua de' 18. — Basta che tenga saldo il principio: *Probate* (2); il che non si può eseguire, se non si tiene lungamente sospeso l'assenso. Nè bastano alcuni

---

(4) Ex Societatis Constitutionibus prohibemur stipendia Missarum et pro aliis sacris ministeriis admittere. Nunc tamen ex Pontificia dispensatione, post tot bonorum direptiones et dispersiones, id permittitur ubi et ea mensura qua, P. Generalis iudicio, necesse sit ad Sociorum sustentationem, itemque in Missionibus et in Paroeciis. Iam P. Roothaan, sub finem sui regiminis, ad hanc dispensationem a Sancta Sede petendam, aegre quidem, at induci debuit.

(1) Nihil indicatur in regesto, unde conici possit sive Pater sive locus. Ex contextu patet agi de directione spirituali alicuius animae, quae per vias mysticas ducta videbatur; quibus in rebus P. Roothaan cautissime semper se habebat, minime tamen eas despiciens, ut vel ex hac epistola patet.

(2) Cf. *1 Ioan.*, IV, 1: « Probate spiritus, si ex Deo sint ».

anche ben marcati segni di probabilità: ci vuol *tempo*, e considerazione *molta* e *lunga*. Nel tenere il giudizio sospeso non si rischia niente.

2. — Quanto alle comunicazioni fattemi con quel foglio, esse certo sono interessanti; e forse non saranno inutili, quantunque non si possa direttamente servirsene nella condotta o nel governo. Nostro Signore medesimo, che sapeva tutto, non si serviva della cognizione sua divina nel governo esteriore de' suoi, come si vede nella condotta da Lui tenuta con Giuda. — Se Le vengan fatte altre simili comunicazioni, V. R. me le comunichi, sì, ma non le domandi Ella, nè insista per averle, poichè non credo ciò secondo il volere di Dio. Quando ciò fosse di Suo beneplacito, farebbe Egli stesso da sè, che venga comunicato ciò che vuol far sapere; il domandarne, può esser pericoloso per molti riguardi, sì per chi domanda, e sì per chi ne è domandato. — *Habemus firmiorem propheticum sermonem* (3).

Norma prudentiae sequenda in usu quarundum communicationum mysticarum.

A' SS. SS. SS. molto mi raccomando, ecc.

Rom. V, 59.

CCCXLVI.

Ad R. P. Leonardum Fava (1),
Rectorem Collegii Regiensis.

Modena (2).

1. ***Gratias agit et gratulatur.*** — **2.** ***Dolet de « mediocritate spirituali » quorundam.*** — **3.** ***De quodam hospite.***

Roma, 4 Luglio 1843.

1. — Ho ricevuto a suo tempo le gratissime di V. R. de' 31 Marzo, 6 Aprile e 25 Giugno. La ringrazio delle notizie datemi, e mi consolo che il P. Provinciale (3) non abbia trovato cose notabili da riformare.

Gratias agit et gratulatur.

(3) *II Petr.*, I, 19.

(1) P. Leonardus Fava, *Prov. Romanae* (1798-1816-1873), in officiis gubernationis fere totam vitam transegit: fuit Rector Convictus Mutinensis, Collegii Romani (1843-1846), Collegiorum Regiensis, Firmani etc., Praepositus Prov. Neapolitanae (1846-1852), Instructor tertiae probationis, Vicepraepositus Domus professae Romanae. P. Roothaan plurimi eum faciebat. Obiit Romae d. 23 Nov. 1873. Cf. Sommervogel, III, 570. — De eo alias occurret mentio, praesertim, infra, inter epistolas ad Provinciam Neapolitanam.

(2) Hoc tempore P. Fava, ut ex catalogis patet, erat Rector Collegii Regiensis usque ad Octobrem huius anni 1843, quo ad regendum Collegium Romanum est vocatus. — Cur autem Mutinam missa sit haec epistola nescimus; forte obiter ibi versabatur; nisi dicere velimus amanuensem errasse in regesto.

(3) A die 18 Sept. 1840 ad d. 23 Oct. 1843 Praepositus Prov. Romanae erat P. Bonaventura Benetti: cf. CCCXII, not. 5.

Dolet de « mediocritate spirituali » quorundam.

2. — Anche a me dispiace non poco quel di che Ella si duole, cioè che dalla comune di cotesti Nostri si vada battendo la via della *mediocrità*, toltine alcuni, pochi assai! (4). Come mai può trovarsi tra figliuoli della Compagnia chi si contenti della *mediocrità*, mentre sentesi continuamente eccitare al meglio dal Santo Nostro Padre [Ignazio] con quella sua propria sentenza *Ad maiorem Dei gloriam*, che vuol che sia anche propria de' suoi figliuoli? Spero che la visita del P. Provinciale abbia riscosso codesti tali; ma aggiunga anche V. R. altri eccitamenti opportuni, e confidi nel Signore che Le porgerà ogni aiuto. Opportunissima è la vicina solennità del medesimo beatissimo Nostro Padre per fare una esortazione su questo argomento, che la nostra vocazione non può limitarsi al *mediocre*, ma che ci obbliga a tendere al *meglio*. Che sarebbe di noi, se non c'impegnassimo per questo? Non ci renderemmo noi inferiori agli stessi mondani? Si contentano essi forse del mediocre ne' loro guadagni? nelle cariche onorevoli, ecc...? E poi, chi non sa che chi non studiasi di avanzarsi al meglio, non potrà conservarsi neppur nel mediocre, ma bensì discenderà a grado assai più inferiore? E poi il tempo che passa senza profittare, come si redimerà in appresso? Quindi il benedetto Santo Padre scriveva: *Per Iesum Christum vos oro et obtestor:... Fovete semper in sinu cordis vestri vividum quemdam sanctumque fervorem ad quosvis pro virtute exantlandos labores* (5).

De quodam hospite.

3. — Mi ha fatto maraviglia l'ospitaltà così lunga esercitata col Canonico di Burgos (6). Godo che sia stata edificante la condotta sua; ma non avrà Ella conosciuto le sue mire politiche. Se non si abbia chiara cognizione delle persone, non conviene esser facile ad accordare lunga ospitalità.

Il Signore La conforti nelle sue sollecitudini, e in unione de' SS. SS. SS., ecc.

Rom. V, 61.

---

(4) Aderant tunc in Collegio Regiensi Patres 9, Scholastici Magistri 4, FF. Coadiutores 7, universi 20: si demas ipsum Rectorem, qui profecto inter *mediocres* computari nequit, et duos qui indicantur « *cur. valet.* », quorum defectus, si qui essent, infirmitati facile tribui poterant et sane de iis P. Roothaan loqui velle non est dicendus; si demas praeterea illos « alcuni » etsi « pochi assai », quos ipse P. Roothaan excipit, et perpendas quod « il P. Provinciale non abbia trovato cose notabili da riformare », hae Patris Generalis querelae quod « dalla comune di cotesti Nostri si vada battendo la via delle *mediocrità* » non tam multos tangere nec tam graves defectus designare dicendae sunt, quam prima fronte viderentur. — Pulcrum tamen exstant testimonium impensi studii, quo P. Roothaan flagrabat non solum sibi acquirendae sed et in Societatis filiis promovendae religiosae perfectionis.

(5) S. P. Ignatii, *Epist. ad Scholasticos Conimbricenses: « de religiosa perfectione et zelo animarum »*, d. d. 7 Maii 1547. Cf. *Epistolae PP. Generalium ad PP. et FF. S. I.*, Rollarii, 1909, vol. I, pp. 5 sq.

(6) Nobis non constat quis esset iste « Canonico di Burgos »: probabiliter profugus ab Hispania.

CCCXLVII.

AD R. P. N. N. (1).

Patrem nimis timidum paterne exhortatur, ut animum depressum erigat.

Roma, 11 Luglio 1843.

Patrem nimis timidum paterne exhortatur, ut animum depressum erigat.

Non voglio differire di un giorno a rispondere alla Sua *dolente* ed insieme *edificante* lettera de' 6 andante. — Ma donde mai, Padre carissimo, il timore di venir rigettato da me e *forse dimesso dalla Compagnia?* Di tal pensiero, caro Padre, si batta il petto, e dica: *mea culpa.* Siamo forse qui per dissipare e discacciare, e non piuttosto per accogliere e per conservare chiunque davvero vuol servire il Signore? No, no, Padre mio, mai non ammetta una idea così nera, e la discacci da sè, come una tentazione del nemico. — Vegga poi anche di reprimere quei sentimenti sul conto di qualch'altro Superiore. Spesse volte si deducono da certi scopi delle conseguenze che, per quanto sembrino probabili, non sono per altro vere. Io non crederò mai che sia così, come V. R. crede, nè sono essi uomini così *senza coscienza,* come sarebbero, se fossero verso di Lei, quali Ella li crede. No, no. — Qualche volta nascono tali pensieri dal sentirsi uno non tanto abile, quanto vorrebbe. Ma che per ciò? Se non ha cinque, se solo ha due talenti, — ebbene! trafficando con questi, sentirà dal Signore l'istesso: *Euge, serve bone...!* (2). Coraggio dunque, Padre carissimo. Io poi non perderò di vista la sua necessità, quando sarà di ritorno dalla visita (3). — Confidi nel Signore che *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* (4). Procuri di tenersi al *delectare in Domino* (5).

A' SS. SS. SS., ecc.

Rom. V, 64 sq.

---

(1) Etiam in regestis reticetur nomen.

(2) Cf. *Matth.*, XXV, 21-23.

(3) Fortasse subintelligendum est: *il Provinciale*, ac si diceret: « quando *il P. Provinciale* sarà di ritorno dalla visita, *ne tratterò con lui* ». Nisi tamen ageretur de Socio ipsius P. Provincialis, qui Provincialem in visitatione domorum comitabatur; et tunc intelligeretur: « quando *V. R.* sarà di ritorno dalla visita ». Verum hoc minus probabile videtur, cum Socius Provincialis tunc esset P. Iosephus Caraffa, *Prov. Romanae* (1805-1822-1867), quem paulo post (mense Octobri 1843) invenimus Rectorem Collegii Ferentini, quique dein fuit item Socius Provincialis novae Provinciae Venetae etc.; quae munera supponunt eum non tam depresso animo fuisse, quantum hic P. N. N. apparet.

(4) *Rom.*, VIII, 28.

(5) *Ps. XXXIV*, 4.

CCCXLVIII.

AD R. P. IOSEPHUM GIOIA (1),
Praepositum Provincialem.

Collegio Romano.

1. *De quadam quaestione circa ordinem dignitatis inter scholas Collegii Romani.* — 2. *Vitandum scandalum pusillorum.*

Roma, 27 Agosto 1844.

De quadam quaestione circa ordinem dignitatis inter scholas Collegii Romani.

1. — La domanda del P. Secchi (2), che quest'anno si desse ad uno de' suoi scolari un premio *extra ordinem*, per li motivi da lui esposti, mi sembrava non irragionevole.

Ma che? — Ecco, sentita la disposizione di cui parlai a V. R. ieri sera, mi si domanda, che dunque si dieno anche due medaglie per le scuole di Sacra Scrittura, di Lingua ebraica, d'Istituzioni canoniche, e di Storia Ecclesiastica, come a scuole superiori di grado a quella di Lingua greca, e di lor natura meritevoli di preferenza.

Vitandum scandalum pusillorum.

2. — Tal domanda, che si appoggia solo alla dignità delle scuole, non ad un caso eccezionale di singolar merito di alcuno in particolare, non mi sembra ragionevole.

Ma, poichè in quella tal distinzione di uno della scuola di greco, si crede che *a questa quelle altre vengano posposte*, meglio sarà che si tolga l'occasione di *scandalo de' pusilli*; e quindi il P. Secchi si contenti di una medaglia, con quella menzione più onorevole che si compete ai due che più si distinsero. — Pazienza!

A' SS. SS. SS., ecc.

Rom. V, 175 sq.

---

(1) P. IOSEPHUS GIOIA, *Prov. Romanae* (1800-1816-1857), patria Placentinus, Rector fuerat Collegiorum Spoletini et Placentini; Praepositus erat Prov. Romanae a d. 23 Oct. 1843. Cum anno 1846, decreto d. 27 Sept. lato et d. 10 Oct. promulgato, a Prov. Romana seiuncta esset Prov. Veneta, novae Provinciae primus Praepositus fuit ipse P. Gioia: in ea Provincia aderat etiam eius frater P. NICOLAUS GIOIA, *Prov. Venetae* (1802-1820-1875). — Pater Iosephus, post perturbationes anni 1848, Provincialis munere anno 1849 deposito, in Prov. Romanam iterum rediit, in qua Collegia Urbevetanum et Ferrariense rexit. Obiit Ferrariae die 14 Maii 1857. Cf. ALDEGHERI, [198]; SOMMERVOGEL, III, 1423.

(2) P. IOANNES PETRUS SECCHI, *Prov. Romanae* (1798-1816-1856), magni illius astronomi P. Angeli Secchi patruus, insignis fuit philologus et archaeologus, multaque scripsit de his rebus; erat tunc Magister Rhetorices et linguae Graecae in Collegio Romano. Cf. *L'Università Gregoriana etc.*, p. 186; item SOMMERVOGEL, VII, 1031-1039.

CCCXLIX.

Ad Magistrum Thomam Luciani (1).

Loreto.

Magnam suam venerationem ostendit erga Almam Domum Lauretanam.

Roma, 15 Maggio 1845.

Due righe alla vostra carissima.

Mi ricordo benissimo del vostro buon desiderio delle Missioni. — Intanto, *age, quod agis.* Coraggio e confidenza nel Signore, e nella SS. Madre, presso la di cui Casa *santissima* (oh! che felicità invidiabile!) vi trovate. Quanta consolazione, quanta forza di spirito là dentro si può prendere !— Io me ne sento ancora il cuore imbalsamato (2). — Là cominciò il Divin Verbo in carne la sua carriera di *sacrifizio,* a nostro esempio e conforto.

Magnam suam venerationem ostendit erga Almam Domum Lauretanam.

Continuate, carissimo, a raccomandare me e la travagliata travagliatissima Compagnia alla divina Madre e al Divin Figliuolo in cotesta lor Casa. Salutatemi caramente tutti cotesti Nostri, mentre di voi e di tutti mi dico e sono ecc.

Rom. V, 228.

CCCL.

Ad R. P. Marcum Rossi (1),
Rectorem Collegii.

Ferrara.

1. *Commendat ut attente invigilet duobus Scholasticis in Americam profecturis.* — 2. *Eos moneat non eam esse rationem sese praeparandi ad Missiones.*

Roma, 1 Luglio 1845.

1. — Arriveranno in breve a cotesto Collegio i Fratelli Scolastici F..... e C..... (2), che sono destinati alla Provincia del

---

(1) P. Thomas M. Luciani, *Prov. Romanae* (1815-1832-?), erat tunc *Magister* (ita vocari solent Scholastici qui inter philosophiam et theologiam docent in scholis vel invigilant alumnorum disciplinae in Collegiis) in Collegio Lauretano. Post sacerdotium fuit alicubi « Contionator Bonae Mortis » et « Operarius »; sed inde ab anno 1856 eius nomen disparet a catalogis, seu e Societate anno 1855 docurrente dimissus est.

(2) P. Roothaan piam peregrinationem Lauretanam nuper fecerat: cf. Pirri, 501 sq.; item Roothaan, *Epistolae*, vol. V, pp. 592-595.

(1) Cf. epist. CCCXLIII, not. 3. — Erat Rector Collegii Ferrariensis a die 28 Oct. 1843. Fuit deinde plures annos Vicepraepositus Domus professae Romanae: cf. Pirri, 403, 417, 528.

(2) Nomina leguntur integra in regesto: non tamen visum est ea plene referre. Ceterum, post has levitates de quibus hic agitur, uterque bene se gessisse videtur; nam eos invenimus sequentibus annis in America et ad sacerdotium promotos. Primus autem post annum 1853 a catalogis disparet, dimissus e Societate; alter vero bonus et constans evasit operarius evangelicus et obiit Washington anno 1893.

Commendat ut attente invigilet duobus Scholasticis in Americam profecturis.

Maryland ([3]), e si devono imbarcare a Livorno insieme col P. Ryder ([4]) ed altri sei Scolastici. Per i pochi giorni che si tratterranno costì i detti Scolastici, V. R. invigili attentamente sopra ogni loro passo, ed esiga da essi strettamente conto di tutto quello che faranno; e loro non permetta andar dove vogliono, ma solo dove V. R. giudica conveniente, e se è d'uopo, li faccia anche accompagnare da qualche Padre. Che se avvenisse qualche cosa di poca edificazione, me ne faccia subito avvertito, e loro significhi questa mia volontà.

Eos moneat non eam esse rationem sese praeparandi ad Missiones.

2. — Di più faccia loro sentire che, se avessi saputo prima d'ora le ultime cose successe qui in Roma, non li avrei mandati, e sono stato sul punto di richiamarli. Poichè non si prepara alle Missioni colla [dissipazione] dello spirito e diffusione del cuore, colle inosservanze, col fumare i sigari per via, e colla poca edificazione nel parlare con ogni sorta di persone, ma sì bene colla mortificazione e colla orazione. Io spero che basterà che sieno avvertiti, e massime il Fr. F..., affinchè si mettano a sincera emendazione e che piuttosto tutto sia nato da leggerezza, che da qualche altra cosa che dia da temere. Spero ancora che nel loro lungo viaggio si raccoglieranno, ricomporranno il loro spirito; e in America, conservando l'onore della loro Provincia, cresceranno strumenti idonei alla maggior gloria di Dio.

Li assicuri in fine, che io conservo per essi lo stesso affetto nel Signore, e ben di cuore li benedico, augurando loro dal Signore medesimo ogni grazia.

A' SS. SS. SS. ecc.

P. S. — V. R. dica al Fr. F..., che ho avuto la sua da Civita Castellana, e che, sì, mi era dispiaciuto il non averli veduti il giorno della loro partenza, essendo io venuto per questo a casa un'ora o ¾ prima di mezzodì. Ma più assai mi dispiacciono le cose intese dopo la partenza.

Rom. V, 238 1/2 sq.

([3]) *Marylandia*, in Statibus Unitis Americae Sept., iam tunc erat *Provincia* Societatis, veri nominis, sed ob adiuncta adhuc fere ut Missio computabatur. Multi Patres Itali eo mittebantur ad penuriam personarum levandam, qua illa Provincia tunc premebatur. In praesens vero *Prov. Marylandiae-Neo-Eboracensis*, ut nunc vocatur, maxima est inter omnes Provincias Societatis: ineunte hoc anno 1940 numerabat Socios 1546.

([4]) P. Iacobus Ryder, *Prov. Marylandiae* (1800-1815-1860), patria Dublinensis, fuerat Praepositus suae Provinciae (1843-1845); Romam venerat ineunte hoc anno 1845, fortasse ad negotia suae Provinciae coram agenda.

CCCLI.

Ad R. P. Iosephum Rossignoli [1].

Ferrara.

1. *Iuveni Patri morienti pulcherima S. Ignatii verba consideranda suggerit.* — 2. *Eadem verba commentatur.*

Roma, 25 Novembre 1845.

Prego il Signore che questa mia risposta alla Sua carissima di questi ultimi giorni, e ieri da me ricevuta, trovi ancora V. R. in istato di poterla leggere o sentirsela leggere [2].

Iuveni Patri morienti pulcherrima S. Ignatii verba consideranda suggerit.

1. — I sentimenti, che V. R. mi ha espressi, mi hanno consolato ed edificato, e ne ho ringraziato il Signore. Nè io credo poterci meglio rispondere, che col metterLe sott'occhio quelle belle parole del N. S. P. [Ignazio] nelle Costituzioni (P. VI, cap. 4, § 1), tutte adattate allo stato presente di V. R. Dice dunque così: « Ut in vita universa, ita et multo magis in morte unusquisque de Societate eniti et curare debet, ut in ipso Deus ac Dominus noster Iesus Christus glorificetur ipsiusque beneplacitum impleatur; et proximi aedificentur, saltem exemplo patientiae ac fortitudinis cum fide viva ac spe et amore bonorum illorum aeternorum, quae nobis Christus Dominus noster tam incomparabilibus vitae suae temporalis laboribus et morte promeruit et acquisivit » [3].

Eadem verba commentatur.

2. — Le auguro, carissimo Padre, che possa gustare la ineffabile dolcezza qui dal Santo Nostro Padre espressa, e sentirne a gran Sua consolazione i due principali documenti:

1° Che si dà grande gloria a Dio benedetto col semplice *amen*, con cui si accetta dalla divina mano la morte, conformandosi e uniformandosi al suo divino beneplacito.

2° Che la nostra speranza de' beni eterni è saldissima, perchè Cristo Nostro Signore ce li ha meritati e acquistati: *nobis... promeruit*, non solo, ma *et acquisivit*. Oh che beni! oh che meriti! Oh i travagli e le pene *incomparabili* del nostro dolcissimo Salvatore! — Cominciamo fin d'ora a ren-

---

(1) P. Iosephus Rossignoli, *Prov. Romanae* (1819-1837-1845), patria Tusculanus, iuvenis erat optimae spei et P. Roothaan bene notus et carus, ut ex hac pulchra epistola patet. Ipsi Patri Roothaan fortasse debuit quod, contra usum Societatis, sacerdotio ex dispensatione initiatus esset anno superiore, studiis theologicis necdum inchoatis, ut optimo iuveni, morbo iam attacto, dulcissimum daretur solacium Missam celebrandi. In catalogo ineuntis anni 1845 iam inter sacerdotes recensetur in Collegio Ferrariensi et de eo dicitur: *Cur. valet.*

(2) Id bonus Pater non obtinuit, nam quando haec P. Roothaan scribebat, iam pridie mortuus erat, d. 24 Nov. 1845, aetatis anno 27.

(3) Pulcherrima haec verba S. Ignatii nunc inserta sunt etiam in Regulas quibus constat *Summarium Constitutionum* (reg. 51), ex decreto Congr. Gen. XXVII (anno 1923).

dergliene quelle grazie, che gliene renderemo, per misericordia sua, nella beata eternità.

La lascio, caro Padre, tra le braccia, anzi, nel Cuore di questo medesimo Salvatore, il quale La *benedicat, et ab omni malo defendat, et perducat in vitam aeternam* (4). E il mio buon Padre Rossignoli, *sive vivens, sive defunctus, semper Domini erit* (5), e si ricorderà della Compagnia e del suo povero Generale.

Rom. V, 261 sq.

CCCLII.

Ad Superiores omnium Domorum Urbis (1).

1. *De renovandis facultatibus, deque religiosae paupertatis cura.* — 2. *Prudentia in loquendo de rebus politicis urgetur.*

Dalla Casa professa, [Roma], 10 Agosto 1846.

De renovandis facultatibus, deque religiosae paupertatis cura.

1. — Alcuni Padri in varie circostanze avendo domandato ed ottenuto da noi diverse licenze a voce, ci è sorto il timore, non senza ragione, che tali concessioni verbali, essendo esposte ad equivoci o ad interpretazioni non esatte, possano compromettere la coscienza tanto nostra, quanto di quelli che di tali concessioni si valgono. Egli è perciò che ci crediamo in dovere di esigere, che ci si presentino le ottenute facoltà in iscritto, dentro lo spazio di otto giorni, onde possiamo considerarle per confermarle o modificarle, od anche rivocarle, come ci sembrerà *in Domino*.

Trattandosi specialmente di facoltà riguardanti la povertà, è tanto più importante quest'ordine, quanto e tutti i professi con particolar voto siamo astretti a difenderne la purità (2), e le facoltà del Preposito Generale sono dall'Istituto in questa parte molto limitate.

(4) Cf. *Breviar. Rom.*, bened. in fine Horae Primae.

(5) Cf. *Rom.*, XIV, 8: « Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus ».

(1) Re vera non constat utrum haec epistola data sit pro solo Collegio Romano an etiam pro aliis Domibus Romanis: sed ex contextu videtur potius fuisse communis, et ut talem inscribimus. Etiam Galletti (I, 619), ex quo eam desumimus, eam affert ut « Lettera circolare »: nam, post similem « Lettera circolare del P. Provinciale.... nel 1830 », statim hanc exscribit hoc titulo: « Altra lettera del M. R. P. N. Generale Giovanni Roothaan per lo stesso fine nel 1846 ».

(2) Omnes Professi votorum sollemnium post sollemnem professionem alia quinque vota simplicia emittunt, quorum primum ita sonat: « Ego N... promitto Deo Omnipotenti... numquam me acturum quacumque ratione vel consensurum, ut, quae ordinata sunt circa paupertatem in Constitutionibus Societatis, immutentur; nisi quando ex causa iusta rerum exigentium videretur paupertas restringenda magis » (Cf. *Constit. S. I.*, P. VI, c. 2 n. 1, A). — Agitur non tam de privata singulorum praxi paupertatis, quam potius de non immutandis legibus, quod fieri posset in Congregationibus Generalibus, quas sollemniter Professi potissimum adeunt; ideoque iis hoc votum praescribitur, ne leges de paupertate relaxari patiantur.

2. — In questa occasione raccomandiamo a tutti i Nostri il più grande riserbo nel parlare delle cose pubbliche e politiche, sia in lode, sia molto più in biasimo di quello che si fa da chi è il Giudice di noi tutti, e dei fatti del quale niuno di noi può senza temerità insopportabile arrogarsi il diritto di chiamarli a disamina (3). — Sappiamo tutti che troppi sono gli amici ed i nemici che abbiamo, i quali osservan ogni nostro atto, ed accolgono (4) ogni nostra parola in questo tempo principalmente.

Prudentia in loquendo de rebus politicis urgetur.

Prego V. R. a far leggere questa mia in pubblico Refettorio, affinchè venga in tutte le sue parti conosciuta da tutti ed osservata.

A SS. SS. SS. molto mi raccomando, ecc.

Galletti, I. 619 (5).

CCCLIII.

Ad R. P. Titum Facchini (1).

Forlì (2).

Prudentiam et discretionem etiam in exercendo zelo apostolico commendit.

Roma, 11 Marzo 1847.

Ho ricevuto la Sua de' 3 Marzo, la quale, a dir vero, mi pare scritta in un momento di troppa turbazione, o per dir

Prudentiam et discretionem etiam in exercendo zelo apostolico commendat.

---

(3) Notum est quot quantosque clamores excitarent liberales primis mensibus Pontificatus Pii IX (electi die 16 Iunii 1846) eius actis et nomine abutentes, ita ut optimi quique quid veri et quid falsi his intempestivis acclamationibus subesset, haud facile discernere possent; ideoque in magni animi angustiis vivebant. Sed brevi ipse Pius IX aequivocationes dissipavit. Cf. Pirri, 361-368.

(4) Ita legitur in Galletti (l. c.), sed hoc loco melius legendum videtur: *colgono*.

(5) In regestis haec epistola non habetur: P. Galletti, unde eam desumimus, eam se transcripsisse dicit « *da copia manoscritta* ».

(1) P. Titus Facchini, *Prov. Romanae* (1812-1829-1852), patria Cortonensis, insignis sanctitatis vir, tenerrimus Beatissimae Virginis Mariae cultor prorsus singularis, et egregius contionator, qui tamen in suis sermonibus sive zelo quandoque abripiebatur sive alias nimiae cuidam indulgebat formae ingenuitati et blanditiae, qua alicubi complures offendebantur. Sanctus ipse vir, nondum quadragenarius morti proximus, haec moerens fassus est: « Quanto allo stile [suarum contionum], è vero che io non dava soddisfazione ai miei Superiori: oh che gran cosa averli sempre avuti in ciò contrarii! Ma io non sapeva come fare diversamente. Ho corretto sempre tutto quello che mi hanno detto, mi sono sforzato sempre di predicare come mi suggerivano: ma quando credeva d'essermi più conformato ai desideri dell'ubbidienza, allora me n'era scostato di vantaggio » (Eugenio Cimatti S. I., *Vita del P. Tito Facchini d. C. d. G.*, Modena, 1856, p. 222). Id quidem optimum Patrem plene excusat et nihil eius sanctitati officit; sed etiam P. Roothaan suo officio sancte fungebatur eum saepe monendo, quandoque sat severe. « Un dì — narrat biographus Patris Facchini, — avutolo a sè il P. Generale Roothaan con severe parole tra l'altre cose gli disse che, allorchè predicava, quanto allo stile era poeta, quanto all' azione comico » (Cimatti, l. c., pp. 226 sq.). Post mortem utriusque, ambo Servi Dei simul apparuisse dicuntur cuidam aegroto: cf. Pirri, 522; de Jonge-Pirri, *Testimonia Aequalium*, 198. — De P. Facchini cf. etiam Aldegheri, 60, 67 sqq., [53], [198]; Sommervogel, III, 526.

(2) P. Facchini illo anno 1847 addictus erat Collegio Mutinensi; Fori Livii tunc erat ad contiones quadragesimales habendas: cf. Cimatti, l. c., p. 103.

meglio, di troppo calore. V. R. mediti bene la cosa davanti al Signore, e forse conoscerà, che non è sempre opportuna la parola calda e terribile. Se è succeduto uno scandalo pubblico (3), V. R. potrà ripararvi col riprenderlo pubblicamente e in modo avventato? Già gli autori non verranno alle sue prediche; e quando pur vi venissero, non si convertiranno certo, udendosi rimproverati con veemenza nel pubblico. Per carità moderi il suo fervore; e si tenga strettamente agli ordini avuti dal P. Rettore (4), il che Le raccomando con molta premura. Dice non esservi altro per lei che le Missioni (5): ma anche in queste ci vuole, non altrimenti che qui, e forse anche più, moderazione e prudenza, se non si vuole disfare il già fatto, o impedire l'opera del Signore. Basta, io spero che V. R. si diporterà, come sempre è stato, da vero figliuolo di ubbidienza, e non dubiti che il Signore, che non guarda al frutto delle fatiche, ma alla intenzione e al merito di esse, La ricompenserà abbondantemente (6).

E senza più, a' SS. SS. SS. molto mi raccomando, ecc.

Rom. V, 335 sq.

---

(3) De tota hoc statione quadragesimali Foroliviensi vide Cimatti, l. c., pp. 105-110.

(4) Non satis constat ex contextu utrum P. Roothaan innuere velit ad Rectorem Collegii Mutinensis, unde P. Facchini proxime venerat, an ad Rectorem Collegii Foroliviensis, ubi tunc versabatur: si ad primum, erat tunc P. Iosephus Aloisius Dmowski, *Prov. Venetae* (1799-1818-1879), patria Russiacus (de quo cf. Aldegheri. [177] et [379]; item *L'Università Gregoriana etc.*, 156; Sommervogel, III, 103 sq.); si ad alterum, erat tunc P. Ignatius Brocard, *Prov. Germaniae* (1793-1814-1852), qui dein in Americam profectus est ibique obiit.

(5) P. Titus iam alias institerat ut ad Missiones exteras mitteretur. In epistola die 4 Novembris 1843 ei Faventiam scripta, P. Roothaan ei dicebat: « Ho gradito la sua nuova offerta per le Missioni estere o nostrali. Il Signore farà conoscere opportunamente se ne sia di suo beneplacito anche l'esecuzione. Il merito dell'oblazione V. R. non lo perderà » (Rom. V, p. 91). — In illa eadem epistola P. Roothaan ei paternam aestimationem et dilectionem obstendebat, in haec verba: « Non è Ella presso di me come *povero disgraziato*, ma bensì *figlio carissimo*, a cui desidero e prego ogni grado di perfezione nel Signore e sempre più abbondante lo spirito della nostra santa vocazione » (*ibid.*) — Ad Missiones quod attinet, obtinuit tandem P. Titus ut in Americam mitteretur (anno 1848), quae tunc asperrimas Missiones habebat: sed eius valetudo prohibuit quominus diu ibi maneret: post annum redire debuit (anno 1849). Cf. Cimatti, l. c., pp. 136-144.

(6) Et sane, quamquam ingentes fructus ex suis laboribus apostolicis semper collegit optimus P. Titus, ut ex eius *Vita* apparet (cf. Cimatti, *passim*), maiores tamen apud Deum meritorum manipulos adeptus esse videtur: « Di lui vivo e morto si raccontano cose straordinarie e la fama della sua santità ancora si conserva; sicchè più volte si è pensato di avviarne la causa di beatificazione » (Galletti, II, 125).

CCLIV.

Ad R. P. Angelum M. Pozzo [1],
Rectorem Collegii.

Orvieto.

Laudat quae Rector disposuerat ad divinam Clementiam propitiandam.

Roma, 2 Marzo 1848.

Ho ricevuto l'ultima Sua dei 23 Febbraio p. p. e mi consolo nel Signore che tutto proceda in buona pace, unione, e santa carità sì nella disciplina domestica, sì riguardo ai ministeri co' prossimi.

Laudat quae Rector disposuerat ad divinam Clementiam propitiandam.

Non mi dispiacciono le disposizioni date da V. R. per fare con frutto la prossima Novena per implorare la protezione del nostro gran Padre S. Francesco Saverio [2]; come pure lodo il pensiero di esporre il Divinissimo Sacramento, purchè si faccia, come dice V. R., *privatamente*, e se in chiesa, a porte chiuse senza intervento degli esterni [3]. Confidiamo nel Signore, e nella intercessione de' Nostri Santi, che vedono dal cielo i nostri bisogni.

Tanti saluti a tutta la Comunità, alle cui orazioni e SS. SS. molto mi raccomando, e sono ecc.

Rom. VI, 13 [4].

---

[1] P. Angelus M. Pozzo, *Prov. Romanae* (1801-1819-1850), patria Cuneensis, erat Rector Collegii Urbevetani inde a d. 22 Oct. 1845. Fuerat prius Contionator et Operarius, quem dicimus, seu apostolicis ministeriis applicatus. P. Galletti (II, 50) eum dicit « buon predicatore e operato zelantissimo nella vigna del Signore ». Nondum quinquagenarius obiit Ferentini die 10 Apr. 1850. « La sua morte fu di dolore anche al Sommo Pontefice Pio IX, che lo aveva già ben conosciuto, e che nel suo ritorno dall'esilio di Napoli [eo ipso mense Aprili], avendolo per via a caso incontrato, con lui entrò in Ferentino, e volle condursi fino al Collegio » (Galletti, *ibid.*).

[2] Preces novendiales ad S. Franciscum Xaverium, quae *a Gratia* dicuntur: cf. *Preces et Pia Opera... Indulgentiis ditata*, Typis Vaticanis, 1938, pp. 353 sq. (n. 462).

[3] Id fortasse commendatur prudentiae causa, ob temporum tunc occurrentium inquietudines: post paucos enim dies tota paene Italia, ut notum est, politicis perturbationibus erat vexanda (alicubi iam coeperant), ob quas etiam P. Roothaan in exsilium erat profecturus.

[4] In regestis epistolarum ad Prov. Romanam, haec est ultima epistola ante exsilium (propterea eam, etsi non magni momenti, huc inserendam duximus). — Additam autem invenimus in codice hanc notulam: « *N. B.* Le lettere che mancano in questo spazio di tempo, si trovano nei registri interinali del tempo della dispersione N. 1, 2, 3, 4 ». Cf. *Index bibliographicus* in fronte huius voluminis: item cf. epist. seq. not. 8.

CCCLV.

Ad R. P. Iosephum M. Manfredini (1),
Societatis Secretarium (2).

Roma.

1. *Gratias agit.* — 2. *De redintegrandis Domibus Romanis.* — 3. *De reditu suo.*

Culemborg (3), 24 Luglio 1849.

Gratias agit.

1. — La Sua carissima del 3 Luglio, mi è giunta mentre stava in Olanda; di quanta consolazione mi è stata, Ella potrà ben figurarselo. Sia benedetto mille e mille volte il Signore che ha salvati i miei carissimi Padri e Fratelli di Roma, in mezzo a tanti pericoli!

De redintegrandis Domibus Romanis.

2. — Vedremo adesso cosa si farà per noi. Scrivo al P. Cambi (4) che gli sarà facile richiamare i soggetti della sua Provincia che stanno in Europa, dove si tratti di ristabilire in Roma quello che era prima, ma che ci sarà più difficoltà per riavere quelli che sono impiegati in America (5).

De reditu suo.

3. — Quando ci rivedremo, caro Padre? Adesso spero che potrà essere presto. Non so peraltro: dipenderà dal giro che farà il Santo Padre, come sento, prima di ritornare a Roma (6). — Il Signore ha sin qui benedetto questo terzo

---

(1) P. Iosephus Manfredini, *Prov. Romanae* (1807-1823-1872), patria Ferrariensis, fuit Secretarius Societatis ab anno 1844 ad 1853, et magna familiaritate usus est cum P. Roothaan, cuius et amplam biographiam paravit, quam tamen ineditam necdum perfectam reliquit: eam magna ex parte ediderunt PP. de Jonge-Pirri in volumine *Testimonia Aequalium* (pp. 11-212). Ibidem (pp. 3-9) eius curriculum vitae et fontes ipsius operis referuntur. Cf. etiam Pirri, pp. 7-10; item Sommervogel, V, 476 sq.

(2) P. Roothaan, tempore sui exsilii, Societatis Secretarium Romae reliquerat, ut P. Paschalem Cambi, Provincialem Romanum, quem Vicarium pro Italia constituerat, in gerendis negotiis pro sua rerum experientia adiuvaret. Vices Secretarii apud exsulem Generalem gerebat P. Philippus de Villefort, de quo cf. epist. CCXCI.

(3) *Culemborg*, urbs Neerlandiae, in civili provincia Gheldriae. Ibi aderat P. Roothaan, dum Provinciam Neerlandiae peragrabat: die 27 Iulii Amstelodamum, patriam urbem, post 25 annos erat revisurus. Cf. Pirri, 444 sq.

(4) P. Paschalis Cambi, *Prov. Romanae* (1806-1824-1870), fuit Praepositus Provinciae Romanae annis 1846-1852. Tempore exsilii Patris Roothaan, hic eum constituerat Vicarium pro Italia. Postea fuit Rector Collegii Ferrariensis (1852-1856) et Collegii Romani (1856-1860), Theologus Sacrae Paenitentiariae etc. Obiit Romae d. 2 Oct. 1870.

(5) Tempore perturbationum politicarum anno 1848, nonnulli Patres Prov. Romanae in Americam confugerant, ut utilem operam ibi praestarent.

(6) Re vera Pius IX Neapoli recta Romam venit d. 12 Apr. 1850; P. Roothaan Neapolim se contulit exeunte anno 1849 et Romam rediit d. 27 Apr. 1850. Cf. Pirri, 469 sq.

giro che ho intrapreso ([7]). Tutte le case che ho vedute mi hanno offerto molti motivi di consolazione.

In unione ecc.

Inter. C. p. 131 ([8]).

CCCLVI.

Ad R. P. Carolum Passaglia ([1]),
Praefectum Studiorum in Collegio Romano.
Roma.

1. *Paterna monitio.* — 2. *Maneat tamen Praefectus studiorum.* — 3. *Qua ratione utendum scriptis acatholicorum.* — 4. *Ne excedat in profana eruditione adhibenda ad theologiam illustrandam.* — 5. *De negotio libri Patris Martin ipsi olim commisso.*

Napoli ([2]), 29 Gennaio 1850.

1. — Scrivo questa a V. R. non senza essermi raccomandato molto al Signore. Ella pure, carissimo Padre, la legga Paterna monitio.

([7]) « Terzo giro » P. Roothaan vocat longiorem visitationem. quam per Provincias Galliae, Belgii, Hollandiae etc. tunc peragebat: et sane Massiliam, ubi ordinariam sedem tempore exsilii fixerat, iam bis prius reliquerat. ad breviores similes visitationes faciendas per Provincias et Domos viciniores; sed nunc sex integros menses Massilia abfuit. Cf. Pirri, 431-462.

(2) Cf. *Summar. Constit.*, reg. 50: « Qui aegrotat... verbis piis et ad aedificationem facientibus [utatur], quae ostendant aegritudinem acceptari ut donum de manu Creatoris ac Domini nostri, quandoquidem non minus donum est quam sanitas » (*Regulae S. I.*, Romae, 1935, pag. 18).

(3) Promotionem scil. ad gradum; P. Oca ad sollemnem professionem 4 votorum die 2 Febr. 1833 promotus est.

(4) Haud diu tamen videtur mansisse in patria (Mazara del Vallo), cum in catalogo ineuntis anni 1832 in Resid. Drepanensi recenseatur.

(1) Cf. epist. CCCXII, CCCXXVIII, CCCCV.

(2) Comparanti inter se catalogos ineuntis anni 1831 et ineuntis anni 1832 facile apparet quanto iure id P. Roothaan dicat: anno 1831 Prov. Sicula numerabat Patres 71, Scholasticos 71, Fratres Coadiutores 69, universos suos Socios 211; anno sequenti vero hi numeri erant respective: $60 + 70 + 68 = 198$, quamquam 10 novi Scholastici et 2 Fratres tunc primum inter Novicios adnumerati sunt. Addendum tamen quod anno 1831 complures quoque defunctos habuit illa parva Provincia (cf. epist. seq., not. 7). — Verum, inde a catalogo anni 1833 numerus Sociorum rursus augeri coepit.

2. — Quare iterum R.ae V.ae commendo, quae iam alias saepius commendavi, ne Nostrorum praesertim iuvenum tam tironum quam Scholasticorum educationi quidquam, cuiuscumque momenti sit, anteponat. Alterum, quod commendo, est, ne tot defectionum et natae inde penuriae intuitu quidquam relaxetur de rigore in illis dimittendis, qui id meruerunt iuxta Instituti praescriptum. Item ne faciliores Nostri sint in admittendis candidatis. Remedia enim haec sunt quibus ruina potius quam incrementum Societatis procuratur.

Quaedam cavenda commendatur.

Commendo me SS. SS. etc.

Sic. 1, p. 80.

CCCCXV.

Ad R. P. Iosephum Spedalieri (1),
Praepositum Provincialem.

Palermo.

1. *Quid de « ovibus deperditis » rursus in Societatem admittendis.* — 2. *Provincialem de defectionibus nimis dolentem solatur et erigit.* — 3. *Gaudet de bonis nunciis convictus Panormitani.*

Roma, 17 Decembre 1831.

1. — Qui Le mando acclusa una mia risposta al Sig. D. Antonio B....... (2), già nostro. V. R. la legga, e la faccia ricapitare. — A me veramente piacerebbe di veder ritornare delle pecorelle smarrite; tanto più, che a dirla con V. R., non sono senza timore che le colpe non sieno state così tutte di queste, che non vi sia stato, forse, forse, anche del torto altrove. Ma qui, Padre mio ho bisogno ch'Ella m'informi, sentiti anche altri che conoscano il soggetto, quale sia stata per questi 7 anni la condotta di questo Sacerdote, — se possa esser utile alla Compagnia il di lui ritorno. — Ben inteso, che in materia di costumi bisogna che sia illibato, non solo adesso, ma anche non vi sia stato nulla di grave al passato in questo genere di cose. — Confesso, che, se *de' buoni* poco a poco tornassero, ne sarei consolato; chè la *dispersione* in cotesta Provincia è stata troppo grande (3).

Quid de « ovibus deperditis » rursus in Societatem admittendis.

2. — Con questa Le annunzio pure, che ho ricevuto la Sua stimatissima de' 24 Novembre. — No, no, mio carissimo Padre: non è qui il Giona, che debba *mitti in mare* (4); non si verifica la condizione, ch'Ella suppone. Il male, Padre mio, è effetto del passato tempo, non del presente. Ella continui

Provincialem de defectionibus nimis dolentem solatur et erigit.

(1) Cf. epist. CCCXII, CCCXXVIII, CCCCV, CCCCXIV.
(2) Iste Sacerdos demum in Societatem non rediit.
(3) Cf. epist. praeced.
(4) Cf. *Ion.*, I, 12: « Tollite me, et mittite in mare ». — P. Spedalieri, humiliter putans se esse in causa quod tot Socii defecissent, verbis Ionae Prophetae usus rogaverat P. Roothaan ut alium Provincialem nominaret.

a fare, come ha fatto finora, tutto quel meglio che si può, e speriamo in Dio, ed in Maria, e in S. Ignazio Padre. Sì, sì, manca il vero spirito in tali soggetti (5): e che maraviglia poi...? Facciamo di tutto per risuscitar questo spirito, raddoppiamo i nostri sforzi e le nostre preghiere: *excita in nobis Domine spiritum,... servivit* (6). I Santi Esercizi, ma fatti davvero! Il solo *Fondamento* basterebbe, se s'intendesse bene quel *creatus est homo* ecc. Quanto più se ancora il *Regno di Cristo*, e i *due Stendardi!* - *Uomini, Cristiani, Religiosi, della Compagnia di Gesù, Sacerdoti, Professi, Superiori.* - Oh quanti titoli! E quali debiti per conseguenze!

Quanto a' nostri defunti, caro Padre, questi son Gesuiti confermati! — sicchè non bisogna tropo affligersi della loro perdita, che poi non è *perdita* (7).

Gaudet de bonis nunciis Convictus Panormitani.

3. Molto mi consolo delle notizie del miglioramento di cotesto Convitto (8). Lo stralcio fattovi è cosa ottima; e se si osserva, si può sperar bene per l'avvenire, continuandovi l'attenzione e la premura. Ed in verità, che serve prendersi tanta fatica per Convittori, se poi non si formino *Cristiani davvero?* — Spero, che costì non si manchi alla istruzione *solida* del *Catechismo*, punto importantissimo, e non ugualmente da tutti, anche Nostri, se ne intende l'importanza; onde talvolta poca premura in chi se n'incarica, e quindi Catechismo senza apparecchio e quasi senza zelo. Che meraviglia poi, se in seguito perde la religione, chi non la conosce? Cosa troppo dolorosa, quando accade in chi fu educato da' Nostri.

V. R. stia di buon animo, confidi nel Signore. — Le auguro per la Sua persona, e per la Provincia, mille, mille benedizioni per le prossime SS. Feste, e con tutta la stima e tutto l'affetto sono, raccomandandomi a' SS. SS. SS. ecc.

Sic. I, 81 sq.

---

(5) Ut ex his epistolis patet, et confirmatur ex aliis multis hic non relatis, *carentia spiritus religiosi*, de qua tantopere dolet P. Roothaan, plerumque non eo usque perveniebat, ut graves culpae haberentur, sed illi erant defectus frequentes, qui, si assidua sese emendandi cura desit, animum a studio perfectionis retardant et paulatim tepidum (ut ascetici loquuntur) reddunt: qui quidem defectus spiritus religiosi, ad normam canonis 647 § 2, « est sufficiens dimissionis causa ». — Et hoc semel adnotasse sufficiat.

(6) P. Roothaan videtur usitatam habuisse notam precationem, qua P. Ignatius Diertins († 1700) inscripto titulo: « Deprecatio Auctoris ad Deum pro impetrando fructu Exercitiorum », claudit suum libellum « *Historia Exercitiorum spiritualium S. P. Ignatii de Loyola* ». P. Roothaan prae manibus sane habuit editionem anni 1700 vel 1732. Accessit dein nova editio, Insulis (Lille), anno 1887. — En illa oratio, prout habetur in hac recentiore editione, pag. 187: « Excita, Domine, et conserva in Societate tua spiritum Exercitiorum, cui Beatus Ignatius Fundator servivit; ut eodem nos repleti, studeamus amare quod amavit, et opere exercere quod docuit: per Dominum nostrum Iesum Christum, etc. ».

(7) Illo anno 1831, ex 43 vita functos in tota Societate, una parva Provincia Sicula 9 Socios morte ereptos numeravit, e quibus 4 Patres, 2 Scholasticos, 3 FF. Coadiutores. Cf. Vivier, pp. 56 sqq.; item Narbone, III, 78.

(8) Agitur de Panormitano Convictu Nobilium.

CCCCXVI.

AD R. P. IOSEPHUM SPEDALIERI ([1]),
Praepositum Provincialem.

Palermo.

Paterna cura de valetudine Praepositi Provincialis.

Roma, 25 Febbraio 1832.

Ho delle lagnanze sul conto di V. R., Padre mio, cioè: che, fatto Provinciale, ha lasciato di usare quello che a giudizio dei medici era profittevole od anche necessario alla Sua salute: 1° il moto a cavallo e poi 2° l'uso della cioccolata. — E che il motivo Suo si è, perchè verrebbe a dar cattivo esempio.

Paterna cura de valetudine Praepositi Provincialis.

Approvo bensì e lodo lo spirito che ha fatto prender a V. R. tal risoluzione, ma non posso approvar la risoluzione stessa, se, come mi si assicura, il bisogno è giudicato tale anche dal medico della casa, oltre che l'esperienza stessa degli anni passati lo dimostra; e tanto più, che non si può ignorare dai Nostri lo stato di salute di V. R., e non potrebbe essere altro che farisaico lo scandalo che taluno prendesse.

Sicchè, Padre, faccia le sue trottate, e prenda la cioccolata *A. M. D. G. — Media ad finem.*

Ai SS. SS. SS. mi raccomando, e sono con tutta la stima ecc.

Sic. I, 90.

CCCCXVII.

AD R. P. PETRUM SCARLATA ([1]),
Praepositum Domus professae Panormitanae
et Magistrum Noviciorum.

Palermo.

1. *Animum novi Magistri erigit.* — 2. *Quomodo hoc munus gerendum.*

Roma, 7 Febbraio 1833.

Riscontro la Sua stimatissima del 9 p. p.

1. — Non mi sono affrettato tanto nel risponderLe, non solo perchè molti son sempre gli affari, ma ancora perchè dal

Animum novi Magistri erigit.

([1]) Cf. epist. praeced.

([1]) P. PETRUS SCARLATA, *Prov. Siculae* (1784-1805-1856), patria Panormitanus, fuerat Rector Collegii Alcamensis et plures annos Socius Provincialis; erat tunc

P. Provinciale (2) intesi, ch'egli doveva istallare V. R. il 13 (3), e che Ella ad ogni modo non aspetterebbe la mia risposta, per prender l'incarico addossatoLe. Così, spero, si sarà fatto; e così doveva farsi. Già da questo mio scrivere intende V. R., qual sia la mia risoluzione, dopo lette tutte le di Lei ragioni. *Ad M. D. G.*, Padre mio, V. R. si faccia animo, e confidi molto nel Signore e nella santa *ubbidienza;* chè questa è una delle più grandi grazie della nostra vocazione, che tanto Superiori, che sudditi, tutti facciamo l'*ubbidienza,* incominciando dal Generale fino all'infimo dei Fratelli, e così diciam tutti: *Domine, da quod iubes.*

Quomodo hoc munus gerendum.

2. — Per ben far questo importante ufficio di Maestro dei Novizi, io Le raccomando, oltre alle regole di questo ufficio, la lettura dell'*Esame generale* (4), e la lettura e la meditazione del *libretto del N. S. P.* [Ignazio] *degli Esercizi.* In questo troverà tutto.

Per esortazioni e conferenze, non ci metta tanto di studio, che non occorre. Con modi *semplici* spiegar le regole; e per questa spiegazione leggere il P. Nigronio (5) e il P. Dirckink (6).

Quanto al governo e all'indirizzo dei Novizi, ci vuole, manco male, pazienza molta, e molta carità e discrezione, per aiutare ognuno secondo le sue forze; ma volontà buona e operosa la esiga fortemente da tutti; chè senza di questa nulla si fa; e chi non l'avesse nel Noviziato, tenga V. R. per certo che l'avrà anche meno dopo il Noviziato; per conseguenza, un tale non è per la Compagnia. *Non potest meus esse discipulus* (7). Ed è meglio assai, che uno se ne vada con Dio nel tempo del Noviziato, che non dopo.

Del resto, V. R. ha ragione di considerar questo ufficio come uno dei principali della Compagnia, e per questo ci si dia tutto sè, in quanto può, e molto raccomandi l'affare al Signore, chè *nemo potest accipere quidquam nisi ei datum*

---

recens nominatus Praepositus Domus professae Panormitanae et Magister Noviciorum. Fuit deinde Rector Collegii Maximi Panormitani, Praepositus Provincialis (1845-1849), Praefectus gen. studiorum in eodem Collegio Maximo etc. Quanti fieret in sua Provincia vel inde apparet quod bis missus est Elector ad Congregationem Generalem, anno 1829 et anno 1853. Cf. NARBONE, III, 49; IV, 31-146 *(passim)* etc.: LEANZA, 78-80 sq.

(2) P. Iosephus Spedalieri: cf. epist. praeced.

(3) Re vera P. Scarlata duplex munus, Praepositi Domus professae et Magister Noviciorum, iniit die 13 Ian. 1833.

(4) *Examen generale*, a S. Ignatio conscriptum et Constitutionibus praemissum, continet praecipua capita Instituti S. I., quae proponi debent Societatis candidatis ut sciant quid ab ipsis requiratur et dicant an ad ea servanda sint parati.

(5) P. IULIUS NIGRONIUS seu potius NEGRONI (1553-1571-1625), Genuensis, plura scripsit Magistris Noviciorum utilia, sed praecipuae *Regulae Communes S. I. commentariis asceticis illustratae*, quarum ultima editio Patri Roothaan nota, erat anni 1617: cf. SOMMERVOGEL, V, 1614-1618. Nunc recentior adest editio annis 1913-1923 Cracoviae 4 voluminibus vulgata.

(6) P. IOANNES DIRCKINCK (1641-1661-1716) item plura habet ad institutionem Noviciorum utilia, sed maxime usui sunt *Exhortationes domesticae*, quarum tunc recens vulgata erat, anno 1826, prima editio Romana. Cf. SOMMERVOGEL, III, 92-97.

(7) *Luc.*, XIII, 26, 27, 33.

fuerit de caelo (8). Ma, fiducia grande! *Spera in Domino, et ora eum, et ipse faciet* (9).

Saluto caramente i suoi Novizi, miei fratelli carissimi. *Fiant omnes veri soci Iesu, genuini Ignatii filii!* questa è la benedizione, che loro prego dal Signore.

Il Signore benedica pure più copiosamente V. R., ed Ella abbia me anche presente nei SS. SS. SS. — Sono con tutta la stima etc.

Sic. I, 110 sq.

CCCCXVIII.

Ad R. P. Petrum Scarlata (1), Praepositum et Magistrum Noviciorum.

Palermo.

Paternae gratulationes et hortamenta.

Roma, 23 Maggio 1835.

Ringrazio V. R. della Sua carissima trimestrale (2) del 27 p. p. E sia lode al Signore che pure si va guadagnando, nè sono senza frutto le cure di V. R. Paternae gratulationes et hortamenta.

Come mai dei PP. Confessori poco si prestano per le confessioni *degli uomini*, se questi sono da preferire? (3). Io, per me, stimo *un* uomo almeno, quanto *dieci* donne, in quel sacro ministero, *ceteris paribus*.

Son d'accordo con V. R., che con certe abitudini e con certi caratteri poco c'è da sperare. Ma facciamo quel che si può, e preghiamo. *Emitte Spiritum tuum, et creabuntur* (4), *Excita in nobis, Domine, spiritum, cui B. P. Ignatius servivit* (5). — La grande speranza poi sta nell'educazione religiosa della nostra gioventù. Ed in questa parte godo che si è guadagnato, e si va guadagnando. Preghiamo e confidiamo nel Signore, e V. R. vada allegramente innanzi *in Domino*.

Ho saputo con mia consolazione, quanto si sia lavorato dai Padri costì in questi ultimi mesi. *Deo gratias!*

Ai SS. SS. SS. ecc.

Sic. I, 153.

---

(8) Cf. *Ioan.*, III, 27: « Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de caelo ».

(9) Cf. *Ps. XXXVI*, 3-7.

(1) Cf. epist. praeced.

(2) *Litterae trimestres* dicebantur eae, quas ex officio singulis trimestribus ad Generalem scribere debebant omnes Rectores et Praepositi.

(3) Id consonat, sin minus litterae, spiritui *Constitutionum* S. Ignatii, praesertim p. VII, c. 2, D.

(4) Cf. *Ps. CIII*, 30.

(5) V. supra, epist. CCCCXV, not. 5.

CCCCXIX.

Ad R. P. Antonium Vinci (1),
Vicepraepositum Provincialem (2).

Palermo.

Dum eum nominat Praepositum Provincialem, ei animum addit et erigit.

Roma, 8 Agosto 1835.

Dum eum nominat Praepositum Provincialem, ei animum addit et erigit.

Vengo a partecipare a V. R., che l'ottimo P. Giuseppe Spedalieri è, dal giorno di ieri, Preposito Provinciale di questa Provincia Romana (3). E della Sicula?... *quis ibit nobis?* (4). Egli si trova già costì. Il mio caro P. Antonio Vinci bisogna che levi dal titolo che interinalmente aveva, la particola *vice* e sia *Provinciale* di cotesta Provincia. *In nomine Domini! ad maiorem Dei gloriam!*

Confortare, mio caro Padre, *et esto robustus*. V. R. riceverà a momenti la patente dal P. Rettore Olivieri (5), alle cui mani la mando... (6). — Dunque, Padre, prenda dalle mani del Signore questa croce, e la pigli sopra di sè, e la porti *animosamente*. Già abbiam sempre noi altri la grande consolazione che, sudditi o Superiori, a cominciare dal medesimo Generale, tutti facciamo l'ubbidienza (7).

Non aggiungo altro per ora. Aspetterò le Sue nuove e le Sue comunicazioni, che mi auguro frequenti e dettagliate, come soleva farle il Padre Suo predecessore.

A' SS. SS. SS. ecc.

Sic. I, 158 sq.

---

(1) P. Antonius vel Antoninus Vinci, *Prov. Siculae* (1788-1805-1860), patria Panormitanus, fuerat Rector Collegii Maximi Panormitani (1829-1833) et Socius Provincialis (1833-1835), quo munere etiam postea rursus functus est (1845-1849). De triennio eius regiminis qua Provincialis (1835-1838). cf. Narbone, III, 158-291 *(passim)*; Leanza, 79 sq. — Post provincialatum fuit Magister Noviciorum, Professor Sacrae Scripturae etc. Obiit Panormi d. 5 Iun. 1860.

(2) Cum P. Roothaan mense Iunio 1835 Romam vocasset Patrem Spedalieri, reticita interea causa, eius viee gerendas iam susceperat P. Vinci, qui erat eius Socius.

(3) De P. Iosepho Spedalieri, ut Praeposito Prov. Romanae, cf. epist. CCCXII, CCCXXVIII. — De hac eius nominatione ad regendam Prov. Romanam, pridie scribebat P. Roothaan ad P. Petrum Scarlata, d. 6 Augusti 1835: « Il P. Provinciale, finora, della Prov. di Sicilia sarà dimani denunziato Provinciale della Romana, *A. M. D. G.* .... Voglio sperare che la *Sicula* non vorrà male alla sorella *Romana* per questa disposizione fatta da chi è padre di ambedue. *A. M. D. G.* » (Sic. I, 158). Cf. etiam Narbone, III, 157 sq.

(4) Cf. *Isai.*, VI, 8: « Quem mittam? et quis ibit nobis?....

(5) P. Franciscus Olivieri (cf. epist. CCCCV, not. 6), qui fuerat Praepositus Provincialis (1825-1830), erat tunc Rector Collegii Maximi Panormitani. — *Litterae patentes* dicuntur eae, quibus Praepositus Generalis ex officio constituit aliquem Praepositum vel Rectorem eumque ut talem patefacit iis, quorum interest.

(6) Sequuntur quaedam particularia circa personas Socii et Consultorum, quae omittenda visa sunt.

(7) Haec P. Roothaan sibi et aliis repetere solebat ad spirituale solacium.

CCCCXX.

Ad Fr. Ioannem C.... [1], Scholasticum.

Palermo.

1. *Scholasticum, Societatem haud recta intentione ingressum, paterne monet et hortatur.* — 2. *Quid de eius propinquis eum inique tentantibus.*

Roma, 24 Ottobre 1835.

Riscontro la vostra lettera de' 5 cadente. — Non mi ricordo di averne mai ricevute altre da voi; ma, se ne ho ricevute, ho certamente risposto, se non a voi immediatamente, forse a' vostri Superiori immediati, secondo che richiedeva la cosa.

Scholasticum, Societatem haud recta intentione ingressum, paterne monet et hortatur.

1. — Or, a questa vostra lettera, caro Fratello, che dirò! — Il motivo, con cui entraste nella Compagnia, darebbe a temere, che non si verificasse in voi il detto del Salvatore: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur* [2]. Avete poscia, dite, *rettificata* quella *vilissima intenzione*. Questo va bene; ma, per quanto mi esponete del vostro modo di vivere, e della disposizione dell'anima vostra, non è punto tale da assicurarvi il prezioso dono della perseveranza. Nè questa si ottiene, mio caro, col mero cambiamento di luogo, di Provincia. Io poi non posso indurmi a regalare ad una [altra] Provincia un soggetto di sì dubbia riuscita. — Ma su di ciò prenderò informazioni da chi vi conosce costì, e la vostra condotta, se mai aveste ecceduto per umiltà in fare un sì tristo quadro di voi medesimo [3].

Quid de eius propinquis eum inique tentantibus.

2. — Per quel che spetta a' vostri parenti, che vi molestano, tentandovi con quelle parole: « Ricordati che entrasti nella religione col patto di uscirne finiti gli studi »; — io dico, che tale proposizione è proposizione da *ladro*, e che *tali* parenti non meritano verun riguardo; — e che, se io avessi *tali* parenti, non li guarderei mai più in faccia, non li ammetterei mai a parlarmi; — solamente pregherei Iddio che si degnasse di *convertirli, anche col mezzo di più aspri flagelli*. — Fate voi così, e non avrete gran fatta da temere dalle loro molestie *inique*.

Sono con tutto l'affetto ecc.

Sic. I, 165 sq.

(1) Eius nomen familiae, quod in regesto legitur, hic reticendum duximus. — Agitur de Scholastico, qui dein ad sacerdotium usque et ultra in Societate mansit; sed post dispersionem anni 1848 ad vitam communem non rediit et a Societate dimissus est, ultima vota nondum professus.

(2) *Matth.*, XV, 13.

(3) Informationes non tam malae fuisse videntur; nam, ut in nota 1a dicitur, hic Scholasticus, studia in Societate, semper tamen in sua Prov. Sicula, perfecit et sacerdotio initiatus est, quamquam dein non perseveravit.

CCCCXXI.

AD R. P. ANTONIUM VINCI (1),

Praepositum Provincialem.

Palermo.

De auctoribus minus tutis in alumnorum usum non permittendis.

Roma, 21 Marzo 1837.

De auctoribus minus tutis in alumnorum usum non permittendis.

V. R. avrà ricevuta la mia ultima del 9 correntè. In questo frattempo mi giunsero le Sue ultime del 23 Febbraio e del 6 corrente.

Circa quegli autori di *mala nota* (2), è stato errato nel prenderne degli squarci e metter questi nella collezione per uso delle scuole. Già, ove si tratta di libro messo all'*Indice* (3), non è nemmeno lecito, e ci vorrebbe, per poterlo fare, un'autorità, quale ai privati non compete. E poi, è sempre contro le buone regole di cristiana prudenza, dare ai giovani grande opinione di autori riprovati (4). — Ma, adesso, che fare? Esistono codeste collezioni: come si fa? Almeno si prevengano i Maestri, che non prendano a spiegare o lodare quei tali squarci; già non mancano altri buoni; e poi, facendosi una nuova edizione, si sia più cauto. Mi creda V. R., è cosa questa che, fuori almeno di Sicilia, suona assai male presso i Nostri, ed anche presso gli esterni *Cristiani*... (5).

Le auguro un felicissimo Alleluia e ai SS. SS. SS. ecc.

Sic. I, 192 sqq.

---

(1) Cf. epist. CCCCXIX.

(2) Die 31 Ian. 1835 P. Roothaan ad Patrem Vinci haec scripserat, ad quae hic reicitur: « ... Mi costringe poi la coscienza, di *disapprovare* altamente, che si leggano e lodino degli autori, cioè *Botta* e *Giordani*, e forse vi sono altri simili, e che l'*Ariosto* pure si usi: e il *Tasso* stesso, Padre mio, almen intero, non è da permettersi a' giovani. Veder tali autori usati nelle scuole nostre, non è punto di edificazione, nè so che ne direbbe il N. S. Padre Ignazio. — V. R. faccia conoscere a chi spetta questa mia *disapprovazione*, e ne rimanga notata la memoria per l'avvenire » (Sic. I, 190). — Videtur P. Provincialis ad haec aliquam explicationem petiisse, quam P. Roothaan hic tradit, mentem suam aperiendo.

(3) Hoc valet praesertim de auctoribus Carolo Botta et Petro Giordani, de quibus supra (not. praeced.), qui nominatim in Indicem librorum prohibitorum iam tum relati erant (annis 1825 et 1827), quamquam cum clausula mitiore « donec corrigantur ».

(4) Cf. supra, epist. CCCLVI (pag. 109), not. 7.

(5) Sequuntur multa de quodam Patre, quae non est cur hic exscribantur.

CCCCXXII.

Ad R. P. Antonium Vinci ([1]),
Praepositum Provincialem.

Palermo.

1. *Gaudet quod Nostri tempore luis dignos se S. Ignatii filios exhibuerint.* — 2. *Attentos eos reddit ne laudi hominum fidant.*

Roma, 5 Agosto 1837.

1. — Stava già già per scrivere a V. R. e domandare: *se fossero morti tutti quanti?!*, restando senza lettere di costà da tanto tempo, e *in tal tempo* ([2]), quando ricevetti ieri l'altro la arci-carissima Sua de' 24 p. p., in vero consolante, quanto mai ne abbia ricevute, e la quale mi ha compensato abbondantemente quel troppo lungo silenzio. Gaudet quod Nostri tempore luis dignos se S. Ignatii filios exhibuerint.

Sia lode al Signore, che diede ai Nostri, anche giovani Scolastici, ecc. cotesto animo e cuore veramente degno dei figliuoli di S. Ignazio ([3]). Sì, siane lode al Signore! Chè, *nemo potest accipere quidquam, nisi sibi datum fuerit a Deo* ([4]). Io ne L'ho ringraziato, e ne Lo ringrazio con tutta l'effusione dell'animo mio; ed ai miei cari e carissimi Fratelli e Padri ne fo i mei cordiali ringraziamenti e sincere congratulazioni *in Domino.* La perdita dei cinque ([5]), che suppongo (benchè V. R. nol dica) aver avuta la lor parte nel servizio dei colerosi, e quindi *vittime* cadute care al Signore, se è perdita, sì, e, come tale, dolorosa, ci lascia per altro la fondata speranza che il Signore non lascerà di risarcirla, chè Egli sa e può farlo.

2. — Non fa meraviglia che la sì attuosa carità dei Nostri abbia conciliata la benevolenza del popolo. Se ne servano i Nostri, per guadagnarlo vieppiù, non già a noi *(non nobis, Domine)*, ma, sì, a Dio benedetto! Attentos eos reddit ne laudi hominum fidant.

([1]) Cf. epist. CCCCXIX et CCCCXXI.

([2]) Ut ex sequentibus statim eruitur, iam tum cholera-morbus Siciliam vastabat, ideoque P. Generalis magis angebatur de silentio.

([3]) Quae et quanta gesserint Patres et Fratres Prov. Siculae in auxilium spirituale et corporale aegrotorum tempore luis, praesertim Panormi, vide in Narbone, III, 223-264. — Ipse P. Roothaan, die 7 Sept. 1837, ad P. Franciscum Olivieri haec scribebat: « L'esempio edificantissimo de' Nostri di Palermo ha contribuito, non dubito, a far sì che, venuto in Roma il medesimo male, qui anche i Nostri con vera generosità si mostrano degni figliuoli della Compagnia. Ne sia lode al Signore! » (Sic. I, 204).

([4]) Cf. *Ioan.*, III, 27: « Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de caelo ». — P. Roothaan memoriter, ut solebat, verba Sacrae Scripturae affert; ideoque nihil mirum aliquod verbulum non esse adamussim relatum.

([5]) A die 30 Iunii ad 17 Iulii illius anni 1837, 2 Patres, 2 Scholastici et 1 Frater Panormi mortui sunt, duo in Collegio Maximo (P. Ioannes Colonna et Schol. Aloisius Ricci), tres in Domo professa (P. Sebastianus Zafferana, Nov. schol. Antoninus Farina, Fr. Coad. Caietanus Siracusa). Cf. Vivier, pag. 77, nn. 930-932, 934, 935. Item, Narbone, III, 221 sqq.: ex iis quae ibi narrantur, non constat istos mortuos habuisse omnes « la loro parte nel servizio dei colerosi », cum paulo ante narrationem de eorum morte, dicatur « ... il veder assaliti dal male eziandio coloro che non si erano per anco accinti ad assistere... »: verum tamen est omnes sese sponte obtulisse ad tale caritatis officium.

E siami permesso di rammentare qui le parole del Signore: *Vae, cum benedixerint vobis homines* (6). E in realtà, non sarebbe poi la prima volta, se, ad imitazione del suo Duce, anche la Compagnia provasse dopo un solennissimo *Osanna* ed in poco d'intervallo, un non meno solenne *Crucifige*. V. R. m'intende, spero, e vorrà vedere in questi sentimenti la mia sollecitudine, perchè la nostra consolazione, che in questa circostanza è a me e a tutti noi grandissima, non ci diminuisca i sensi della santa umiltà, fondamento di ogni bene nostro, non solo individuale, ma eziandio universale della Compagnia! — Evviva S. Ignazio e il suo spirito in tutti i suoi figliuoli! *Amen, amen.*

V. R. mi saluti caramente tutti ed ai SS. SS. SS. ecc.

Sic. I, 200 sq.

CCCCXXIII.

AD R. P. ANTONIUM VINCI (1),
Praepositum Provincialem.

Palermo.

1. *De voto pro Patribus et Fratribus Panormitanis a se facto et persoluto.* — 2. *Quibusnam animi sensibus id fecerit.*

Roma, 4 Settembre 1837.

De voto pro Patribus et Fratribus Panormitanis a se facto et persoluto.

1. — Vengo dal Collegio Romano, ove, celebrando nella Cappella di S. Rosalia (2), ho sciolto il voto che feci, quando ebbi le prime notizie delle calamità di Palermo (3). Sono stato

---

(6) *Luc.*, VI, 26.

(1) Cf. epist. CCCCXIX, CCCCXXI, CCCCXXII.

(2) P. NARBONE (III, 262 sq.) dicit hoc sacellum esse « la cappella domestica del Collegio Romano » (verius tamen dicendum sacellum Philosophorum) et narrat illud sacellum fuisse olim dicatum S. Rosaliae « per somigliante grazia un tempo da detto Collegio ottenuta ad invocazione di lei », cum non esset « ivi ignoto il potere e la prerogativa [della Santa] di preservare la città dalla peste ». Eo autem ipso die 4 Septembris, quo P. Roothaan hanc epistolam scribebat, occurrebat annuum festum S. Rosaliae, Panormitanae urbis Patronae.

(3) Quid P. Roothaan peculiare voverit non constat. P. NARBONE *(ibid.)* dicit quod « levò accesissimi voti al cielo, e molti sacrifici offerse, e divote promesse fece ». Ac dein haec narrat : « Poi sciolse il voto ; e il dì 4 di settembre, sacro alla Vergine S. Rosalia, a cui è intitolata la cappella domestica del Collegio Romano, colà si condusse, e col più sontuoso apparato e con niente minor fervore, presente la comunità, vi celebrò il divin Sacrificio, in rendimento di grazie all'Altissimo. E poi a mezzodì sulla pubblica mensa uno dei nostri giovani, Palermitano, studente in quel Collegio, il bravo Salvatore Pinelli, recitò il panegirico in onor della Santa ». — Iste autem « bravo Salvatore Pinelli » erat P. SALVATOR PINELLI, *Prov. Siculae* (1818-1831-1882), qui tunc iuvenis Scholasticus philosophiae studebat in Collegio Romano ; in catalogo huius anni 1837 dicitur praeterea « custos sacelli S. Rosaliae ». Fuit deinde fere semper docendi et contionandi ministerio applicatus. Cf. SOMMERVOGEL, VI, 817.

esaudito al di là di quello che domandava al Signore per intercessione della Santa. Non desiderava altro, se non se che codesti miei *Padri e Fratelli si mostrassero degni figliuoli* della Compagnia; e non solo tali si mostrarono universalmente e oltre a quanto si sarebbe potuto esigere (4), ma furono di più preservati i generosi operai da quella micidiale malattia. Ne sia dunque ringraziato il Signore *in aeternum et ultra.*

Quibusnam animi sensibus id fecerit.

2. — Nè pensi V. R. che il Sacrificio fosse [solo] eucaristico (5): fu, anche nella mia intenzione, e *propiziatorio* e *impetratorio.* — *Propiziatorio,* perchè naturalmente un tanto operare, *ut in humanis,* va difficilmente disgiunto da difetti: ora troppo, ora poco — ora soverchia fretta, ora lentezza — e nel sacro ministero, e nell'osservanza religiosa, qualcosa facilmente ci viene a soffrire; e poi quel *plauso degli uomini...!* — Insomma si fa in tali occasioni, più che mai, da cani da caccia, che, manco male, riportano i piedi alquanto lordi. Ma *caritas operit...* (6); e poi, viene opportuno fra poco il tempo de' santi Esercizi. — *Impetratorio* poi, per impetrare dal Signore la conservazione e l'aumento della santa grazia, che sì abbondantemente ha impartito ai miei cari Padri e Fratelli, e del fervore di cui han dato sì luminose prove. Onde quella corona, quel premio che taluno avrebbe ottenuto, se fosse caduto *vittima,* coll'andar del tempo non solo non si perda, non si diminuisca, per nessuno, ma si adorni, si accresca vieppiù con nuovi meriti a gloria del Signore. — E certo, ora più che mai dobbiamo intimamente sentire che ogni scorcio di vita che ci resta, è puro regalo di bontà del Padre celeste, mentre tanti e tanti ne abbiam visti passare, in poco d'ora, all'eternità.

Ho voluto communicare questi miei pensieri a V. R., e La prego di formarne dei simili anche per noi altri qui, che ci troviamo al presente con una *visita del Signore,* come già fu visitata cotesta [città]. Veramente *visita e voce del Signore: Vox Domini in virtute etc..., et in templo eius omnes dicent gloriam!* (7).

A' SS. SS. SS. molto mi raccomando.

Sic. I, 202 sq.

---

(4) Cf. epist. praeced.
(5) « *Eucaristico* » sensu etymologico, id est « in gratiarum actionem ».
(6) *I Petr.*, IV, 8: « Caritas operit multitudinem peccatorum ».
(7) Cf. *Ps. XXVIII,* 4-9.

CCCCXXIV.

Ad R. P. Antonium Vinci (1),

Praepositum Provincialem.

Palermo.

Ordinatio de ministerii apud Sanctimoniales: 1. De confessionibus audiendis. — 2. De aliis officiis et visitationibus. — 3. De perpaucis Patribus ordinarias Monialium confessiones excipientibus.

Roma, 25 Augusti 1838.

Ordinatio de ministeriis apud Sanctimoniales:

Plures, gravesque rationes me impellunt ad hanc R. V. scribendam epistolam. Agitur namque de ministerio quod Nostri istic in Sanctimonialium monasteriis exercent, et quidem tanta cum frequentia, ut, nisi promptum simul et efficax malo remedium opponatur, non modo propria nostrae vocationis munia, verum etiam ipse Societatis spiritus regularisque disciplina in grave discrimen vocentur (2). Re igitur diu multumque considerata et cum meis PP. Assistentibus discussa, sequentia statuenda et accurate servanda in Domino visa sunt:

De confessionibus audiendis.

1. — Omnes cuiuscumque sint gradus Superiores (3), tam Provinciae quam Domus Praepositi, Collegii Maximi Nobiliumque [Convictus] Rectores, Instructor etiam Patrum tertiae probationis et Novitiorum Magister, necnon Ministri et rerum spiritualium Praefecti nullas in posterum Monialium aliarumve in communi viventium feminarum ordinarias confessiones audient illarumve directionem assument aut gerere continuabunt. Et haec quidem in virtute Sanctae Oboedientiae praecipimus, non quod de oboediendi alacritate vel minimum occurrat dubium, sed ut illius virtutis augeatur meritum, omnisque reclamationibus exceptionibusque via facilius occludatur. Quo autem suavius praesens dispositio effectum obtineat suum, duorum a die promulgationis mensium tempus statuimus, quo finito Sanctae Oboedientiae praeceptum vigere incipiet.

---

(1) Cf. epistolas praecedentes. — P. Vinci in eo erat ut regimen Provinciae deponeret: cf. epist. seq.

(2) Plures gravissimi Patres Provinciae in Congregatione Provinciali, mense Septembri huius anni 1838, dum haec ordinatio iam data sed nondum promulgata erat, huic periculo ut aliquod remedium afferretur postularunt. Cf. Narbone, III, 290.

(3) Mirum videri potest talem Ordinationem pro solis Superioribus datam esse, cum abusus quem auferre intendit, profecto non Superiorum tantum fuisset. Verum, ut ex aliis litteris de hac re datis elucet, P. Roothaan ex duplici ratione sic egisse dicendus est: 1° Ut Superiores ipsos hoc modo aptiores redderet ad Regulam defendendam, quando ipsi a culpa immunes forent. — 2° Ut quasi per gradus procederet, cum imprudens iudicaret uno ictu totum abusum evellere conari. Re vera aliquot post annis eadem Ordinatio ad alios Patres haud paucos extensa est.

2. — Prohibemus etiam ne quis Superior sive subditus in Monialium feminarumve ecclesiis seu oratoriis Missam solemnem cantet, aliudve sacrum officium celebret (4), aut Monialium receptioni, introductioni aut professioni quis Nostrum assistat aut denique ad illas invisendas accedat; nisi in aliquo raro casu horum aliquid semel alicui permittendum iusta causa suaderet. At vero electionibus Abbatissae alteriusve nominis Superioris nullus unquam intervenire permittatur.

De aliis officiis et visitationibus.

3. — Pauci illi Sacerdotes nostri religiosa agendi ratione non minus quam aetate graviores, quibus, ut Monialium ordinarias confessiones excipere pergant, graves ob causas permittendum censemus — neque enim ab ullo Superiore ad hoc munus obligandi sunt — bis vel ad summum ter per hebdomadam et quidem tempore tantum pomeridiano ad Monasteria accedere poterunt; caveant igitur ab inutilibus et ad conscientiam non spectantibus colloquiis, breviter sese expediant, domumque tempestive revertantur, nec impunitos abire sinat Superior illos, qui ad noctis signum sese domum non recepissent.

De perpaucis Patribus ordinarias Monialium confessiones excipientibus.

Curet R. V. ut haec epistola cum PP. Consultoribus Provinciae et Domorum communicetur et in Libro Ordinationum particularium de more describatur, deque illius exsecutione in officii sui litteris Consultores ad nos referre debebunt (5).

Commendo me SS. SS. etc.

Sic. I, 236 sq.

---

(4) Die 16 Dec. 1838 P. Roothaan hoc Ordinationis caput ita explicabat: « V. R. mi domanda schiarimento sulle *Messe* ne' monasteri, che reciprocamente sogliono dirsi per le feste. Già le monache certo non vengono a dir Messa in chiesa nostra! dunque!... Ma forse il loro Cappellano? Ebbene, per una Messa se ne restituisce una, e basta; e per tale reciprocità si mandi dal Superiore ora un Padre ed ora un altro, come si giudicherà in Domino, e non si mandino i divoti delle Monache e de' parlatorii » (Sic. I, 247).

(5) Ut facile conici potest, plures recursus ad P. Roothaan pervenerunt contra hanc Ordinationem etiam ab ipsis Monialibus etc.; sed P. Roothaan firmiter institit in statutis. En v. gr. quae novo Praeposito Provinciali P. Vincentio Pucci (vide epist. seq.) scripsit d. 2 Oct. 1838: « ... Ma, vengano pure i reclami, *io non mi smuoverò, perchè troppo sento il dovere della coscienza*, e ciò a tal segno, che *più presto consentirei a veder distrutta tutta cotesta Provincia* (veda fin dove giunge la mia persuasione) *che a lasciar correre tali disordini*. V. R. faccia ben sentire l'inutilità dei ricorsi che mi possano venire, onde si dispensino, tanto le Monache, quanto i loro protettori, da lettere affatto inutili, e risparmino a sè e a me una fatica vana e senza frutto. Conosco troppo bene quanto il S. Padre Nostro [Ignazio] prescrive al Generale intorno alla fermezza dove occorre, e nel caso nostro occorre davvero, e me ne sento gravata la coscienza » (Sic. I, 240). Et alias: « ... Le Monache avevano anche scritto al Santo Padre [Gregorio XVI], il quale per altro mi ha lodato della misura presa » (*ibid.*, 251). — Haec autem Patris Roothaan firmitas, quae ceterum ad vitanda potius pericula quam ad graves abusus resecandos tendebat (nihil enim grave in hac re acciderat, praeter inobservantiam diserti capitis Instituti et quasdam levitates ac rumusculos), bonum tandem exitum obtinuit, cum P. Narbone (III, 290) affirmare potuerit quod illa Ordinatio « di ora innanzi passò per legge ». Non ita tamen, ut P. Roothaan in casibus particularibus non debuerit et attente invigilare et fortiter rem urgere.

CCCCXXV.

Ad R. P. Vincentium Pucci (1),
Praepositum Provincialem (2).

Palermo.

De itineribus in proprias familias.

Roma, 31 Agosto 1839.

De itineribus in proprias familias.

Ho lettere di V. R. in data de' 5 andante, ma non ha risposto fin qui ad alcuni punti, che nelle ultime mie Le raccomandava con calore.

Oggi Le scrivo all'occasione che da Canicattí (3) mi si domanda di permettere al P. Benedetto Gangitano (4) di ritornare in seno alla famiglia un qualche tempo *per consolazione de' suoi.* A simili richieste, che non di rado mi vengono di costà, io non rispondo. Ripeto bensì a V. R. ciò che le tante volte ho scritto anche a' Suoi predecessori (5), essere cioè mia assoluta intenzione che si tolga di mezzo un tale abuso, in altre Provincie affatto sconosciuto. Quando vi è una vera *necessità,* questa mi viene esposta da' Padri Provinciali, e allora è caso diverso. — Ma i particolari domandarmi tali cose da loro stessi o per mezzo de' loro parenti, molto mi dispiace.

A' SS. SS. SS. ecc.

Sic. I, 269 sq.

---

(1) P. Vincentius Pucci, *Prov. Siculae* (1787-1807-1864), fuerat Minister in variis Collegiis, Rector Collegii Netini (1825-1831). Professor theologiae moralis etc. Post quadriennium provincialatus (1838-1842) fuit Praepositus Panormitanae Domus professae (1842-1846) ac dein ob fractas vires (ut videtur) plerumque in Collegio Maximo Panormitano degit minoribus officiis perfungens: demum post dispersionem anni 1860 in oppidum natale Petralia Sottana vulgo dictum secessit, ibique obiit d. 12 Iulii 1864. De eius provincialatu cfr. Narbone, III, 291-334 *(passim),* et IV, 1-100 *(passim);* Leanza, 80.

(2) P. Pucci regimen Provinciae Siculae susceperat die 17 Sept. 1838 illoque munere functus est usque ad 31 Oct. 1842.

(3) *Canicatti,* urbs Siciliae, in regione Agrigentina.

(4) P. Benedictus Gangitano, patria Canicattensis, nat. an. 1812, ingressus an. 1830, erat tunc Magister grammatices in Collegio Panormitano. Ab anno 1842 eius nomen disparet e catalogis.

(5) En v. gr. quae scripserat P. Roothaan ad Provincialem P. Antonium Vinci die 19 Sept. 1835: « ... L'altra lettera è del P. I...., ed è meno grata, perchè domanda cosa che non posso accordare senza molta ripugnanza, qual'è l'*andar a vedere i parenti,* senza niun motivo di necessità, ma solo per soddisfar al desiderio del figlio e dei genitori di *vedersi.* Oh! che povero spirito in un Sacerdote della Compagnia *apostolica!* Ci vuol altro!... » (Sic. I, 164 sq.).

CCCCXXVI.

Ad R. P. N. N. (¹).

Palermo.

1. *Patri ab irato scribenti mitissime respondet.* — 2. *Dimissionem petenti ostendit rei gravitatem et pericula.*

Roma, 5 Ottobre 1839.

Ho ricevuta la Sua tristissima *soli* de' 23 Settembre.

1. — *La ringrazio* di quanto in essa ha scritto d'ingiurioso alla mia persona. — Ch'io abbia risposto, qualch'anno fa, per altrui mano ad una Sua *soli*, veramente deve essere stato per isbaglio; che le lettere *soli* sono riserbate sempre con quella esattezza, che l'Istituto prescrive (²). E grandemente me ne dispiace dello sbaglio, forse unico, accaduto appunto con V. R.! Sebbene, a dir vero, non era quella Sua lettera tale da dover essere *soli;* e se Ella, contro quel che prescrive l'Istituto, aveva posto il *soli* sulla sopracoperta, e non dentro, ha potuto Ella stessa cagionare questo mio sbaglio. — Ma ch'io *per la povertà de' Suoi parenti* l'abbia preso a disprezzo, — che questo mi abbia *dato la regola nel disporre della Sua persona,* — che per questo sia stata *conculcata*, ecc. ecc. ecc., perdoni, Padre mio, tutto questo non esiste che nella sua fantasia. — Per grazia di Dio, riguardo ai *poveri*, mi ricordo che sta scritto: *Honorabile nomen eorum coram Illo* (³). E quanto V. R. mi dice di tanti Padri, che occupano i primi posti nella Provincia, e i loro parenti sono poveri, e vengono aiutati dalla Compagnia, anche questi fatti sono una risposta a tanti Suoi ragionamenti. — Non so capire come si dica disprezzato, quando, non è molto, si è trattato di nominarLa Rettore, e l'astenersene fu, perchè si credeva meglio ritenerLa in Palermo, e che al presente, al sentirsi in Provincia del presente Suo divisamento, parecchi de' principali Padri scrivono con somma premura, che per amor di Dio, non ci dia il mio assenso. — E' questo forse un indizio di essere la Sua persona malveduta, disprezzata, conculcata?! Ma veniamo alla Sua domanda.

Patri ab irato scribenti mitissime respondet.

2. — *L'unico motivo*, dice, *le due sorelle e una vedova con una figliuola, che sono in estremo bisogno della Sua assistenza.* — Ora cotesta Provincia consente a soccorrerle, dunque...... non v'è più motivo. Su questo se la intenda con il Padre Provinciale (⁴). E non occorre altro. — Ma.... « *io sono*

Dimissionem petenti ostendit rei gravitatem et pericula.

(¹) Nihil aliud indicatur in regesto; sed ex contextu huius et sequentis epistolae, apparet utramque epistolam ad eundem Patrem esse datam: cf. epist. seq.

(²) Cf. epist. CCCXXXII, not. 2, et CCCXCIII.

(³) Cf. *Ps. LXXI*, 14.

(⁴) Erat P. Vincentius Pucci: cf. epist. praeced.

risolutissimo di andarmene » (5). — Qui devo dire: *Badi bene all'anima Sua.* — Davvero *caro et sanguis hoc revelavit tibi* (6). E con cotesto suo *risolutissimo,* ardisce andare all'altare?! Se ne andrà, ma anche *se ne pentirà,* e forse più presto di quel che crede; — e forse presto si pentiranno scambievolmente, e chi *compra* e chi *vende.* E si vorrà poi rescindere il *contratto......* Ma...... E il Padre Iemma (7) non sarebbe il primo, cui accadesse così. — Si ricordi, Padre carissimo, che la fantasia non produce degli esseri reali, ma solo fantastici, e chi colla fantasia si regola, la sbaglia, ed è costretto di vedere il proprio sbaglio, ma bene spesso lo vede soltanto allora quando non c'è più rimedio.

Prego il Signore, che La illumini, mentre ancora è tempo di prevenire per la Sua persona *una lunga serie di dolori* (8); — e sono con tutta la stima e tutto l'affetto ecc.

Sic. I, 274 sq.

CCCCXXVII.

AD R. P. CAMILLUM IEMMA (1).

Palermo.

Ei gratulatur quod tentationem contra vocationem vicerit.

Roma, 2 Novembre 1839.

Ei gratulatur quod tentationem contra vocationem vicerit.

Sia benedetto il Signore! Questa è la prima parola di risposta alla Sua carissima de' 21 p. p.; e poi mi congratulo di cuore con V. R., ed Ella dica, come avrà già fatto: *Benedic, anima mea, Domino,* col resto di quel bellissimo Salmo (2). Ecco la penitenza, che mi chiede. Del resto, V. R. ripigli con fervore (e l'avrà già incominciato) le incombenze dateLe dalla S. Obbedienza. I Suoi Superiori costì, vedo, e non era da dubi-

---

(5) Iste Pater, cum esset Professus 4 votorum sollemnium, dimissionem consueta forma a P. Generali obtinere non poterat; itaque paraverat supplices litteras ad Summum Pontificem ut obtineret transitum a Societate ad PP. Olivetanos, sed P. Roothaan illi dissuadere contenderat ne petitionem urgeret.

(6) Innuit per antithesim ad illud *Matth.*, XVI, 17: « Caro et sanguis non revelavit tibi ».

(7) Cf. epist. seq.

(8) Haec epistola plenum sortita est effectum: cf. epist. seq.

(1) P. CAMILLUS IEMMA, *Prov. Siculae* (1797-1813-1880), fuit plures annos Minister Collegii Maximi Panormitani, dein Procurator Provinciae etc. Post superatam procellam spiritualem, de qua hic et in epist. praeced., unus fuit e primariis Patribus Prov. Siculae: anno 1853 missus est ad Congregationem Generalem ut unus e duobus Electoribus suae Provinciae; mox fuit Praepositus Domus professae Panormitanae, Socius Provincialis etc. Ultimo annos transegit Alcami, in urbe natali, ubi post dispersionem anni 1860 paullatim Residentia constituta erat, ibique obiit d. 30 Dec. 1880.

(2) *Ps. CII.* — P. Iemma, ut hinc apparet, praecedenti epistolae P. Generalis responderat praeteritam suam illusionem agnoscens, et illius paenitens suum erga Societatem amorem confirmaverat, professus velle se in ea perseverare.

tarne, dividono meco cordialissimamente questa consolazione, sì pel bene Suo, che certo era giunto sull'orlo di un tremendo precipizio, e sì pel giovamento della Compagnia, cui certo colla grazia del Signore V. R. può essere molto utile a gloria del medesimo Signore. Padre caro! C'è tanto da fare! La vita è sì breve! Viene il termine, e si tira la *linea*, e si fa la somma del *dare ed avere*, cui per tutta l'eternità non si può più aggiungere nè togliere neanche un quattrinello! — *Scrivo il giorno della Commemorazione de' fedeli Defunti.* Oh! non andiamo ad ammassare con che ardere, Dio lo sa, quanto e quanto lungamente! — Coraggio, carissimo Padre. Temiamo di noi stessi e confidiamo in Dio solo.

Le manderò con qualche occasione un aureo libretto, qui fatto stampare ultimamente ([3]). Serve a me, serve a molti, e se ne profitta *lectitando et meditando.* Così servirà anche a V. R. Del resto, non dubiti; al passato io non ci penso, nè ci penserò più che per ringraziare il Signore e per pregarLo per Lei.

Ella pure si ricordi di me ne' SS. SS. SS.

Sic. I, 278 sq.

CCCCXXVIII.

Ad R. P. Aloisium Taparelli ([1]).

Palermo.

1. *Gratulatur de eius opere nuper edito.* — 2. *Quaedam animadvertit, non ut Generalis, sed ut amicus.*

Roma, 26 Dicembre 1840.

1. — Ringrazio V. R. della Sua carissima de' 26 prossimo passato ([2]), e molto più ancora del volumetto della sua opera ([3]). Gratulatur de eius opere nuper edito.

([3]) Probabiliter libellus iste erat *Idea theologiae asceticae scientiam Sanctorum exhibens* (brevius passim appellatur *Idea Sanctitatis*), auctore P. Francisco Neumayr († 1765), quem libellum P. Roothaan plurimi faciebat et edendum curaverat illo ipso anno 1839, et rursus anno 1844: cf. Sommervogel, V, 1680 sq. Item cf. Roothaan, *Opera spirit.*, vol. I, p. 455; *Epistolae*, vol. IV, p. 213; vol. V, p. 873.

([1]) P. Aloisius Taparelli (de quo cf. epist. CCCLXII), post depositum regimen Prov. Neapolitanae, quam quadriennio rexerat, anno 1833 missus erat in Siciliam ad vires reficiendas. Quanti ibi fieret eius adventus cf. Narbone, III, 105 sq. — Spe diutius mansit illi Provinciae addictus, fere semper munere Praefecti spiritualis fungens in Collegio Maximo Panormitano; sed multa praeterea praestitit in bonum Prov. Siculae, ut vel obiter excurrenti *Annales Siculos* P. Alexii Narbone per illos annos 1833-1850 (vol. III, IV, V) facile apparet. Item cf. Leanza, 298 sqq. — Ipse P. Taparelli, die 21 Dec. 1840 ad fratrem suum Maximum d'Azeglio haec de se scribebat: « Le cure mie sono sempre le stesse: sempre lietissimo, sempre occupatissimo, sempre infermiccio. Mi trovo qui in Palermo, maestro di diritto naturale, di lingua francese, di musica, prefetto di spirito, predicatore e confessore; e così non ho mai un momento di noia » (Pirri, *Carteggi Taparelli*, p. 113). — Romam tandem revocatus est anno 1850 ut unus e scriptoribus novi periodici *La Civiltà Cattolica*: cf. epist. CCCLXII.

([2]) Vide in Pirri, *Carteggi Taparelli*, lettera XXXVII (p. 113 sq.).

([3]) Primum erat volumen praecipui operis Patris Taparelli « *Saggio Teore-*

Ho voluto leggerlo tutto prima di risponderLe, e godo di assicurarLa che l'ho letto con grandissimo piacere, sebbene sia opera da meditarsi e non, come solo ho potuto far io, da leggersi. Bisognerebbe ne avessimo più copie. Sì, che tali lavori sono a gloria di Dio!

Quaedam animadvertit, non ut Generalis, sed ut amicus.

2. — Le comunicherò poi anche qualche osservazioncella, ma di cui V. R. faccia quel caso che Le sembrerà, chè le fo non come Generale, nè come scienziato (non mi pretendo tanto), ma come privato ed amico: ed eccole:

1° Non piacemi il nome di *Damiron* nel motto (4). Così han messo ad una bella Storia ecclesiastica per motto un testo di *Machiavelli!* A me dispiacciono tali nomi in tali occasioni.

2° Il principio: *si deve fare il bene* mi parrebbe dar ansa a confondere troppo ciò che è obbligo e ciò che è consiglio; mi piacerebbe di più: *si deve serbar l'ordine*, il che sembra in sostanza esprimere l'istesso senso di V. R.

3° L'espressione: *partecipazione dell'essere divino*, parlando delle creature, dell'uomo, mi sembra pericolosa, ora che tanto si va col panteismo, se non si spiega come la spiega San Tommaso, parmi, *per similitudinem*. V. R. prenda questi miei, per così dire, scrupoli per quel che valgano.

Gradirei sentire, a comodo suo, cosa Ella pensi del *sistema* dell'Ab. Rosmini (5). A me i sistemi, massime quando sono *esclusivi*, danno sempre qualche sospetto o timore di conseguenze non buone.

V. R. si serva pure dell'orologio *ad m. D. gl.: media ad finem*. Le auguro felicissime le sante feste e buona lena negli studi e in tutti i suoi ministeri, e raccomandomi a' SS. SS. SS. ecc.

Sic. II, 2 sq.

tico di diritto naturale »: edi coeperat Panormi hoc ipso anno 1840 typis Antonii Muratori, et saepius deinde ad nostra usque tempora rursus editum est et in varias linguas versum. Cf. Pirri, *Carteggi Taparelli*, pp. 32, 113 sqq., ubi etiam haec epistola Patris Roothaan (epist. XXXVIII) legitur.

(4) Erat P. Iosephus Gioia (cf. epist. praeced.), cui paulo post scribens P. Roothaan, die 2 Nov. 1847, haec dicebat: «Al P. Cicaterri, il quale si era avvilito all'ultimo segno nell'essere nominato Rettore, ho scritto una lettera di conforto. V. R. pure me lo sostenga e gli faccia coraggio: chè purtroppo è vero, che nei tempi che corrono l'essere Superiore è croce più pesante assai» (Ven., 38).

(5) Cf. *Ps. XXXVI*, 3-7. — Solebat P. Roothaan haec verba, ex variis versiculis istius Psalmi collecta, Superioribus repetere ad fiduciam in iis fovendam, ut saepius vidimus. — Hic autem huiusmodi verba certo certius propria manu addidit post suam subscriptionem.

(1) Cfr. epist. CCCXIV, DX, DXI.

(2) Die 12 Nov. 1847.

(3) Agebatur de quadam responsione ad calumnias Vincentii Gioberti in *Gesuita Moderno* nuper edito, quam responsionem pro suo ardenti ac vivaci ingenio parabat iuvenis Scholasticus Iustinus Simonetti, *Prov. Venetae* (1817-1838-?), qui tunc Magister erat in Collegio Placentino. De hoc manuscripto P. Roothaan iam bis terve scripserat ad P. Sordi; et primum die 28 Oct. 1847 valde sollicitum se praebet de ipso scribendi consilio: «Mi vien detto che il M° Simonetti sta scrivendo contro Gioberti. È egli vero? E il P. Provinciale lo sa? È cosa però difficilissima a condursi con buon successo, e mi pare veramente quasi impossibile, che uno Scolastico senza ancora studio di teologia possa fare cosa che valga a confutazione di quell'impasto di sì svariate cose, con cui ci assale quel terribile nemico. Io sono persuaso che non sia vero: in ogni modo se mai ciò fosse, desidero saperlo, e desidero pure che V. R. faccia conoscere i miei dubbi e timori al P. Provinciale affinchè poi il povero Maestro, dopo aver faticato fortemente, non abbia ad avere il disgusto, che il suo lavoro non venga pubblicato. Certamente che prima che si pubblicasse lo vorrei vedere» (Ven., 37). — Cum vero P. Sordi, litteris d. 2 Nov. 1847 rem explicuisset et primum opusculi caput Romam misisset, P. Roothaan iam 12 Nov. haec responderat: «Ho veduto e letto alcun poco il manoscritto inviatomi, e non posso certamente non lodare l'affetto e la diligenza del Maestro. Vi sono dentro

quali fa elogi e si valse quell'uomo (4) come di autorità irrefragabili. Del rimanente, ripeto ciò che scrissi nell'altra: lo stile è acre, i termini ingiuriosi, e troppo avventata la dicitura. Ci vuole pacatezza e direi anche freddezza, unita però alla forza e all'evidenza dell'argomento. Smascherata così la calunnia, ella senz'altro eccita l'abbominazione nell'animo dei lettori. — Di più, si potrebbe il manoscritto stringere assai più brevemente: questo primo capo è soverchiamente diffuso, e peggio sarà degli altri, tenendosi il medesimo stile (5).

De quibusdam litteris S. Caroli, quibus adversarii Societatis abutuntur.

2. — Quanto alle lettere di S. Carlo (6), potrebbe certamente bastare la risposta che ne fu fatta nel secolo passato in un opuscolo che ha per titolo: *Esame e Risposta alle lettere di S. Carlo* ecc. Cosmopoli, 1765 (7). Questa, benchè indiretta, è molto soda, e da preferirsi mille volte al lavoro del Sig. Vittadini, il quale ha fatto quanto poteva, ma per mancanza di documenti non era in caso di rispondere efficacemente (8).

---

delle cose buone e vere, e non male esposte. Ma intorno alla pubblicazione del medesimo, io non saprei decidermi. Lo stile è acre di soverchio; e quantunque l'avversario meriti di peggio, non credo però che in questi tempi di comune effervescenza, possa fare buon frutto lo scrivere in tal forma. Ecco ciò che posso risponderLe secondo il mio giudizio. Potrebbe essere che mutate le circostanze e ritoccato lo scritto.... » (Ven., 39).

(4) Vincentius Gioberti.

(5) Res demum videtur infecta mansisse, etiam ob perturbationes, quae mox anno 1848 obortae sunt. In Sommervogel (VII, 1221), sub nomine P. Iustini Simonetti, nihil contra Gioberti ab ipso editum recensetur, sed tantum tres parvi quidam libelli ascetici vel litterarii. Post 6 annos magisterii, P. Simonetti tempore dispersionis (1848-1851) sacerdotio initiatus est et theologiae studuit; at anno 1852 Societatem deseruit.

(6) Ut olim saeculo XVIII, cum Societatis suppressio callide a longe parabatur, ita etiam a novis Societatis adversariis medio saeculo XIX iacula contra ipsam undique exquirebantur, etiam e litteris quibusdam S. Caroli Borromaei, quibus Sanctus ille Cardinalis, maioris in dies boni suae Dioecesis studiosissimus, vel de negatis sibi quibusdam Patribus quos expeteret, vel de intempestivo et imprudenti zelo P. Iulii Mazzarino (cf. hic infra, not. 9), vel de aliis huiusmodi parvis rebus omnino personalibus et privatis conquerebatur; ipsumque conabantur inter Societatis adversarios adnumerare: quanta cum Sancti iniuria et veritatis offensione, non est huius loci demonstrare. — P. Sordi, die 11 Nov. 1847, haec scripserat ad P. Roothaan: « Una delle infinite maldicenze del G. [Gioberti], a cui restano muti o quasi convinti anche i buoni, è l'autorità delle *lettere di S. Carlo*. Noi quindi avevam pensato di ristampare prestissimo, attesa l'urgenza del male, la risposta che troviamo stampata nel 1765 col titolo: *Esame e Risposta alle lettere di S. Carlo stampate in Lugano: si dimostra non essersi il Santo alienato mai dai Gesuiti, come pretendono i produttori di Lugano, ma essere anzi venuta accrescendo la benevolenza per essi fino alla morte*, — e vi avremmo aggiunto su questo particolare alcun che dal Vittadini stampato nel 1845 in quel libricciuolo intitolato: *Gli accusatori e i difensori de' Gesuiti*. Ma prima di porre mano, aspettiamo il sentimento di Vostra Paternità » (ex autogr., in Arch. Rom. S. I.).

(7) Integrum libelli titulum videsis hic supra, not. 6. — Sommervogel (V, 1798, n.° 9) eum dubitanter tribuit P. Ioanni Bapt. Noghera S. I. (1719-1735-1784), itemque dubitanter (VI, 1039) P. Francisco Porro S. I. (1708-1726-1776); cuinam ex illis probabilius, an potius alii ignoto tribuendus sit, non satis apparet. *Cosmopolis*, vero ubi libellus dicitur impressus, ab eodem Sommervogel (V, 1798) indicatur esse urbs Venetiarum.

(8) Libellus hic designatus ita inscribitur: *Gli Accusatori e i Difensori dei Gesuiti: Estratto dal « Cattolico » giornale religioso-letterario*, Lugano, Tip. Veladini, 1845, in-8° 74 pp. — Nomen Auctoris non apparet: in fine totius opusculi, ad modum subscriptionis, legitur: *Filotemide*. Quis esset ist Dominus Vittadini,

Pare che non sapesse nulla dell'opuscolo già stampato. A questo dunque conviene attenersi, più che all'altro del Vittadini. — Dovendosi però ristampare la risposta predetta, si dovrebbero aggiungere non poche cose, che l'Autore, chiunque sia stato (9), non sapeva. Abbiamo qui tutto il processo del P. Mazzarino (10), le lettere de' Nostri di Milano, e finalmente da venti lettere originali del medesimo S. Carlo, scritte a' Generali, da cui si prende gran lume, e si spiegano a meraviglia bene certi fatti, che senza esse sono intricatissimi. Per ora dunque si può lasciar da parte questo fatto, di cui parlerà il P. Curci nella sua (11). — In caso poi che si desiderasse una risposta più piena e compiuta, si potranno mandare di qui i materiali che abbondano.

A' SS. SS. SS. molto mi raccomando, ecc.

Ven., 40.

DXV.

Ad R. P. Seraphinum Sordi (1),
Rectorem Collegii.

Piacenza.

1. *De testimoniis Episcoporum contra Gioberti obtinendis.* — 2. *De quodam opusculo.*

Roma, 25 Gennaio 1848.

Ho ricevuta la Sua dei 10 del corr. e mi consolo che tutto cammini in Collegio con buona pace, unione, ed osservanza.

De testimoniis Episcoporum contra Gioberti obtinendis.

1. — Il progetto propostomi da V. R. è ottimo, opportunissimo: ma non è poi così facile come V. R. immagina (2). I Vescovi dovrebbero fare tutto da sè, come in altre occasioni si fece. Del rimanente, persone di somma autorità hanno fatte gravi rimostranze: ma per ora non si crede bene venir al punto; si teme, e forse non senza ragione.

aliunde nescimus. — De epistolis S. Caroli agitur inde a pag. 44 ad finem usque; nam prius aliae calumniae refelluntur.

(9) Cf. hic supra, not. 7.

(10) P. Iulius Mazzarino seu Mazarini (1544-1559-1621), magni illius Cardinalis Mazzarino patruus, eximius tunc temporis contionator (per 40 annos totam Italiam contionando peragravit), dum iunior sacerdos Mediolani versaretur, zelo (ut ipse putabat) at imprudenti et intemperanti eo usque abreptus est, ut publice verba faciens ipsum Sanctum Cardinalem nimiae severitatis in iure Ecclesiae tuendo aperte argueret. A Superioribus Societatis et a Sancto Officio punitus, iuvenilem illam culpam dein indefesso ac diuturno apostolatu redemit et Sancto Carolo, qui poenae remissio a Sancto Officio ei obtinuerat et quem ipse canonizatum vidit, sincere et palam addictissimum semper se profitebatur. Cf. Bartoli, *Uomini e Fatti d. C. d. G.*, lib. III, c. 26, pp. 320-323 (ubi tamen nomen reticetur). Item de tota activitate Patris Mazzarino, cf. Espasa, *Enciclopedia*, vol. XXXIII, p. 1733; Sommervogel, V, 826-829.

(11) De P. Carolo Curci et de sua *Divinazione* contra Gioberti (nam hic certo certius ad hoc opus reicitur, quod tunc P. Curci parare aggressus erat), cf. epist. CCCCI.

(1) Cf. epist. CCCXIV, DX, DXI, DXIV.

(2) En verba Patris Sordi in illa epistola diei 10 Ian. 1848, ex quibus clare apparet eius consilium et de quanam re ageretur: «... Io giudicherei meglio, anzi

De quodam opusculo.

2. — Quanto alla scrittura di cui V. R. ha scritto al P. Assistente (3), se crede che possa essere di buon effetto, ne permetta pure la pubblicazione senza nome d'autor, e dopo riveduta da alcuni. Intorno alle lettere di S. Carlo, di cui V. R. scrisse altra volta, qui si stacomponendo una dissertazione, che si potrà poi mandare a V. R. per pubblicarla come desiderava (4).

E senza più, ai SS. SS. SS. ecc.

Ven., 45.

DXVI.

Ad R. P. Felicem Cicaterri (1).

Canadà (2).

1. *Dolet quod eum non viderit in Gallia.* — 2. *Paternae gratulationes.* — 3. *De rebus Italicis.*

Marseille (3), 1 Mars 1849.

Dolet quod eum non viderit in Gallia.

1. — La Sua de' 14 Gennaio mi fu carissima. — Oh! quanto mi dispiacque l'anno scorso di non vederLa qui! quanto più mi dispiacque, dietro a quanto Ella mi scrive

necessario, che si venisse ad altro rimedio che mi par facilissimo: cioè fare che quanti Vescovi abbiamo sicuramente per noi, si unissero in una supplica alla Santa Sede per ottenere una *solenne* condanna delle opere giobertiane, e conseguentemente una nuova Bolla in confermazione della Compagnia e condannnatoria di quante calunnie e infamie ne' *Prolegomeni* e nel *Gesuita Moderno* sono spacciate. Quando una simile unione anche di pochi Vescovi italiani si manifestasse al Primate di Francia Cardinale de Bonald, è sicuro che tutto l'Episcopato Francese concorre in corpo energicamente... » (ex autogr., in Archiv. Rom. S. I.).

(3) « Ultimamente scrissi al P. Grassi Assistente per chiedere da V. P. licenza di stampare certo piccolo scritto in quel modo che a lui accennai: e ciò anche per contentare il buon cuore di Simonetti. Non importa però niente se Ella crede di dover negare; perchè finalmente queste stampe sarebbero una goccia d'acqua per un incendio » (P. Sordi ad P. Roothaan, d. 10 Ian. 1848; ex autogr., in Archiv. Rom. S. I.). — De quonam libello ageretur, non constat, cum epistola Patris Sordi ad P. Grassi non iam babeatur; sed probabiliter erat aliquod caput illius manuscripti Magistri Simonetti (« per contentare il buon cuore di Simonetti »), de quo iam diximus: cf. epist. praeced. — Verum, obveniente mox procella perturbationum anni 1848, nihil huiusmodi, quantum sciamus, editum est.

(4) De epistolis S. Caroli, cf. epist. praeced. — Etiam haec dissertatio, de qua loquitur P. Roothaan, quantum scimus, edita non est, certo certius ob eandem causam perturbationum illius turbulenti anni 1848.

(1) Cf. epist. DXIII.

(2) In regesto indicatur tuntum *Canadà*. In catalogo Prov. Franciae (ad quam tunc pertinebat Missio Canadensis) anni 1849, p. 55, P. Felix Cicaterri recensetur Lector philosophiae in Seminario Sanctae Teresiae, ab urbe Marianopolitana (Montréal) haud ita procul. Anno sequenti iam erat Lector theologiae in Missione Neo-Eboracensi et inde ab anno 1851 Instructor tertiae probationis in Prov. Marylandiae: cf. epis. praec., not. 1.

(3) P. Roothaan, ut notum est, tempore exsilii plerumque Massiliae residebat.

adesso! Veramente in quel mese si ebbe troppa discrezione, troppa premura pel *benedetto incognito* (4). E' vero che le circostanze erano ancora molto critiche, le teste bollivano per le prime elezioni... — Del P. Ferrari (5) fino a quest'ora nulla so; soltanto ho saputo poco fa, che è in Vicenza, ed esercita il sacro ministero. — Se Ella credesse, che ciò che aveva a dirmi l'anno scorso, potesse ancora essere utile, onde (6) scrivendomi mi avrebbe fatto dispiacere?!!!! Il Signore la perdoni questa al mio carissimo P. Cicaterri!

2. — Quanto ha fatto, l'ha fatto benissimo, e da vero e degno figlio d'una buona Madre (7). E tale mi si mostra nel Canadà, quale La conosceva in Italia. Il Signore continui a benedirLa! Io spererei che coi soccorsi, che si manderanno, cotesto Collegio, tanto bene avviato, non dovesse abbandonarsi (8). S. Teresa è una eccellente Patrona. Paternae gratulationes.

3. — In Italia, la giustizia di Dio fa il suo corso, e a mio modo di vedere, non tanto presto avran fine le sciagure; — ma consoliamoci col pensiero, che la giustizia non cammina senza l'accompagnamento della *misericordia*. De rebus Italicis.

Ho veduto con mia consolazione in Vals quello, che Le è due volte fratello (9).

In unione ecc.

Inter. B., 21.

---

(4) Videtur P. Cicaterri antequam Americam peteret Massiliae fuisse, sed ob « troppa premura pel benedetto incognito » ignorasse quod tunc P. Roothaan degeret vel certe prohibitus esse ne ipsum adiret.

(5) P. Iosephus Ferrari: cf. epist. seq.

(6) Ita legitur in regesto; sed forte aliquod verbum amanuensi excidit. Fortasse ita supplendum: « ... *onde mai potè pensare che* scrivendomi etc. ».

(7) Id est: *Societatis Iesu.*

(8) Agebatur de Collegio seu Seminario S. Teresiae in oppido homonymo sito (cf. hic supra, not. 2), quod Societati ad breve unius anni tempus erat commissum. Superior erat ibi P. LUDOVICUS SACHÉ, *Prov. Canadensis* (1813-1840-1889), natus in Gallia, eximiae prudentiae vir, qui a venerando Episcopo Bourget eo vocatus erat ad Seminarii disciplinam restaurandam; quod quidem vel primo et unico illo anno scholari 1848-1849 quo ibi fuit, optime perfecit: cf. DUGUAY, *Le R. P. Louis Saché de la C. de J.*, 1890, pp. 55-60. Ibidem de P. Cicaterri haec leguntur: « Le P. Saché avait pour l'aider dans son oeuvre de reforme un compagnon qui savait l'art de gagner les coeurs par l'exquise douceur et l'affabilité de ses manières et commandait l'estime par son savoir et sa vertu; c'était le P. F. Cicaterri que la révolution venait de chasser de Vérone où il était Recteur du Collège de Jésuites. Musicien distingué, il composa pour les élèves de Ste-Thérèse la musique d'une cantate que les connaisseurs trouvent remarquable de mélodie et qui s'est transmise jusqu'à nos jours comme le chant de Collége » (*ibid.* pp. 59 sq.).

(9) P. CAROLUS CICATERRI, *Prov. Venetae* (1817-1846-1895), frater germanus Patris Felicis sed longe iunior, tempore dispersionis adhuc novicius, fratrem secutus erat in Galliam, ibique, votis emissis, philosophiae studere coeperat in Collegio Valsensi; sed mox fratrem suum etiam in Americam subsecutus est ibique ad mortem usque degit.

DXVII.

AD R. P. IOSEPHUM FERRARI (1).

Piacenza.

1. *Eum constituit Praepositum Provincialem.* — 2. *Normae in provincia restitutione servandae.* — 3. *Fructus ex adversis rebus capiendus.*

Metz (2), le 14 Iuillet 1849.

Eum constituit Praepositum Provincialem.

1. — Vengo a cercare V. R.; spero che con questa mia La troverò. — Le nuove che di coteste parti ci vengono, fanno pensare, che forse fra poco si dovrà trattare della riedificazione di Gerusalemme (3). Se ciò fosse, c'è bisogno di vedere ben bene, come si abbia da fare, perchè si faccia bene e con solidi fondamenti, e in modo di corrispondere alle viste di Dio, nel permettere quanto è succeduto. — Ho posto gli occhi sopra di Lei. Sgravando il P. Giuseppe Gioia del peso sostenuto da lui finora (4), vengo ad incaricarne V. R. *ad maiorem Dei gloriam* (5). Prenda da lui tutte le notizie delle persone e delle cose. Poi Ella ci scriverà e ce la intenderemo.

Normae in Provinciae restitutione servandae.

2. — Mia intenzione è che si vada adagio in riassumere le Case, specialmente i Collegi. Questi, non prima che si sia ben provveduto de' mezzi per far veramente bene; e tra questi mezzi intendo, prima di tutto, *soggetti* atti all'uopo. V. R. conosce presso a poco tutti i Nostri di cotesta Provincia (6). E' chiaro che non si può correre in fretta: — Chi va piano, va sano. — Più presto e più facilmente [si può ricostituire] qualche casa di sacri ministeri, com'era quella di Venezia. — Ma pei dettagli dovremo intendercela. — Presentemente mi trovo in visita de' Nostri in queste parti (7).

---

(1) P. IOSEPHUS FERRARI (cf. epist. CCCXXI) proxime fuerat Rector Domus Venetae: qua dispersa, alio secesserat, ac demum Placentiam. Praepositus Provincialis fuit annis 1849-1853, donec a Congregatione Generali XXII die 9 Iul. 1853 electus est Assistens Italiae.

(2) Cf. hic infra, not. 7.

(3) Id est: de dispersa Provincia redintegranda.

(4) P. IOSEPHUS GIOIA, ut alias diximus (cf. epist. DXI), Provinciam Venetam primus rexit annis 1846-1849.

(5) P. FERRARI renuntiatus est Praepositus Provincialis die 26 Iulii 1849, id est paucis diebus post hanc Patris Roothaan epistolam. De eius provincialatu cf. ALDEGHERI, 89-159 *(passim)*, [126]-[138] etc.

(6) Fuerat primus Rector Domus probationis Veronensis (1837-1842), et etiam postea negotia totius Provinciae saepe egerat: « meritevole d'aversi quale fondatore di questa nostra Provincia Veneta, e degno di ogni mostra della nostra gratitudine » (P. FRANCISCUS EGANO, apud ALDEGHERI, [170]).

(7) P. Roothaan, tempore sui exsilii, plerumque residebat Massiliae; sed viciniores Provincias visitavit, et maxime a mense Iunio ad finem Novembris anni 1849 Campaniam, Belgium, Neerlandiam, Angliam et Hiberniam celeri visitatione peragravit: cf. PIRRI, 444-450, 459.

Il mio indirizzo a Mr Ducros etc. — Le nuove Sue finora le ho avute buone da questo e da quello; presto spero di averle da V. R. stessa.

3. — Il Signore vuole che ci fondiamo e rifondiamo *in humilitate,* secondo il Cuor Suo. E ne' Superiori che colla vigilanza, la fermezza, pel buon regolamento, secondo l'Instituto, vada congiunta la soavità; e la fiducia si stabilisca sincera tra Superiori e sudditi. Spero e confido *in Domino* che la tempesta avrà fatto del bene ai più: avrà servito a purificare, ad illuminare, ad unire. Fructus ex adversis rebus capiendus.

Inter. C., 123 sq.

DXVIII.

Ad R. P. Iosephum Ferrari (1),
Praepositum Provincialem.

Verona.

1. *Deo gratiae agendae de omnibus!* — 2. *Approbantur quae disposita sunt a Provinciali.* — 3. *De Missione Tribuniensi in Erzegovina.*

Marseille (2), le 9 Décembre 1849.

1. — Quanto mi son consolato quando ricevetti, appena ritornato qua, il 29 p. p., la Sua carissima de' 24 ! Di tutto, di tutto, molto La ringrazio. Quando noi facciamo il nostro dovere, non ci resta che a ringraziar il Signore di tutto: — anche delle perdite, come scrivo al P. Nicolini (3). — Eh sì, grazie al Signore ! Sono 20, anzi 30 anni, che anche in questo senso, dico al Signore le parole del N. S. P. [Ignazio] *in contempl. de amore spirituali: « Prendete, Signore, e ricevete....* » (4). Deo gratiae agendae de omnibus.

2. — Approvo tutto quanto mi dice, de' nominati a varie incombenze in questo tempo di tribolazione e dispersione. Ottimamente. Godo assai, che il P. Beretta Le sia costì di Approbantur quae disposita sunt a Provinciali.

(1) Cf. epist. praeced.
(2) Cf. epist. DXIII, not. 3.
(3) De P. Francisco Xav. Nicolini, cf. epist. CCCI et DVIII. — P. Roothaan, hoc ipso die 9 Decembris 1849, ei fere eadem verba scribebat: « Di tutto, anche delle perdite, ringraziamone il Signore, facendo noi intanto il nostro dovere » (Inter. C., 193).
(4) Innuit ad celebrem *oblationem sui*: « Suscipe, Domine, universam meam libertatem etc. » (secundum versionem litteralem, proprie: « Sume, Domine, et suscipse etc. »), quam S. Ignatius proponit post primum punctum illius contemplationis « ad amorem », qua clauduntur *Exercitia Spiritualia:* cf. Roothaan, *Opera spirit.*, vol. II, pp. 151 sqq.

aiuto (5), e che col P. Nicolini pure s'intenda (6). — C'è del vero in ciò che Le scrisse il P. Cambi (7). Nondimeno, a Roma, mandare i Nostri giovani di altre Provincie, io aspetterei a vedere consolidate le cose. Per me, confesso di vedere ancora *non chiaro*, per non dire affatto *nero, nero*, che forse sarebbe troppo. — Del resto, anche in Fr[ancia] per gli studii andrà meglio (8).

De Missione Tribuniensi in Erzegovina.

3. — P. Basile e quella Missione (9), sì, dovrà appartenere a cotesta [Provincia], per tutte le ragioni di convenienza e di vicinanza (10). Ci si fa del bene. Mancherà qualche cosa nella forma, sì, lo credo; ma tutti colà sono veramente buoni servi di Dio. Soltanto, non sembra paese per de' Fratelli Coadiutori.

Probabilmente partirò dopo qualche tempo per Napoli; Ma Ella può continuare a indirizzarmi le lettere come prima, a Marsiglia (11).

Inter. C., 193.

---

(5) P. Ioannes Ignatius Beretta, *Prov. Venetae* (1800-1835-1873), egregius litterarum humaniorum cultor, erat tunc Socius Provincialis P. Ferrari, cui in regenda Provincia successit (1853-1858). Fuerat prius optimus Rector Collegii Brixiensis (1842-1848); et post provincialatum fuit Rector Collegii Patavini (1858-1863) ac demum Superior Domus Venetae (1863-1866). Obiit Brixini in Tyroli die 9 Sept. 1873. Cf. Aldegheri, 43-182 *(passim)*, [174], etc.; Sommervogel, I, 1324 sq,

(6) Cf. epist. DVIII.

(7) P. Paschalis Cambi (cf. epist. CCCLV not. 4, CCCLXIII, CCCLXVIII) erat tunc Praepositus Prov. Romanae et, absente P. Roothaan, eius vices agebat etiam in reliquas Provincias Italiae, ex peculiari cura sibi a P. Generali commissa; ideoque saepe per hoc tempus dicebatur *Vicarius Generalis*. — Ut hinc colligitur, videtur P. Cambi suasisse Patri Ferrari ut suos Scholasticos e Gallia revocaret et Romam potius mitteret. P. Ferrari autem, rebus aliquantum compositis, suos Scholasticos anno sequenti fere omnes in Provinciam revocavit ut in propriis Scholasticatibus, Mutinae et Regii Lepidi, respective philosophiam et theologiam audirent: cf. catalogos 1851 et 1852 inter se collatos.

(8) Id dicit P. Roothaan, ne forte rumores nimis exaggerati perlati essent ad aures Patris Ferrari de controversiis et difficultatibus scholasticis alicubi in Gallia tunc exsistentibus: cf. epist. CCCLVI, not. 9.

(9) P. Vincentius Basile, *Prov. Siculae* (1811-1827-1882), plures annos in Erzegovina et Dalmatia transegit indefessus Operarius evangelicus, qui, simul cum dignissimo socio eiusdem *Prov. Siculae* P. Antonio M. Ayala (1818-1831-1887), de illis Missionibus insigniter meruit. De utroque, cf. Aldegheri, 149-158, [199]-[202] etc.; item Sommervogel, I, 709 sq. (de P. Ayala), et I, 1000 sq. (de P. Basile). — Missio autem, de qua hic sermo est, erat *Missio Tribuniensis* seu de *Trebigne* (in Erzegovina), cui mox accessit ac dein (cessante anno 1855 Missione Tribuniensi) sola mansit *Missio Dalmatica*. Cf. Aldegheri, 149-158, etc.

(10) Re vera, inde ab anno 1850 *Missio Tribuniensis* donec viguit, et inde ab anno 1852 etiam *Missio Dalmatica* Provinciae Venetae tributae sunt: haec postrema, quae optime floruit et plurimos tulit fructus spirituales, anno 1910 Provinciae Austriacae assignata est, et anno 1918 simul cum reliquo Regni Iugoslaviae territorio in Provinciam Iugoslaviae constituendam coaluit.

(11) P. Roothaan Massiliam reliquit, ut in Italiam rediret, die 8 Ian. 1850: cf. Pirri, 462.

DXIX.

AD R. P. SERAPHINUM SORDI (1).

Piacenza.

Dispersos paterne solatur.

Napoli, 26 Gennaio 1850.

Ringrazio V. R. della Sua del 20 p. p. Dicembre e delle notizie che in essa mi dà. Seppi già la nuova del bando, e seppi pure la ritrattazione del decreto (2). Intrighi e maneggi provocarono quella inaspettata disposizione; la bontà di Dio e le cure di varii nostri amici ottennero la ritrattazione. Dispersos paterne solatur.

Faccia V. R. sentire una parola di conforto a codesti Nostri che sono costì con V. R., animandoli a fare quello che possono pel bene delle anime, sempre con quelle prudenti cautele che domandano i tempi; speriamo che la divina Misericordia ci consolerà.

Ho fissata qui in Napoli per ora la mia residenza, e qui starò fin che Iddio lo vorrà, e mi aprirà largo per Roma (3): *fiat voluntas Dei.*

Ella era ed è desideratissima a Roma, anche da me (4). Ma non intendo ancora obbligarLa, non conoscendo tutte le Sue circostanze colà, per poter deliberare con sicurezza *ad maiorem Dei gloriam* (5).

Ai SS. SS. SS. molto mi raccomando.

Inter. D., 2.

---

(1) P. SERAPHINUS SORDI, (cf. epist. CCCXIV, DX, DXI, DXIV, DXV), disperso inde ab anno 1848 a facinorosis Collegio Placentino, cuius erat Rector, vivebat tunc privatus Placentiae apud amicos Societatis, et scribendo aliisque ministeriis apostolicis operam debat; sed simul « faceva quasi da Superiore dei Padri dispersi a Parma e a Piacenza e nei dintorni » (DEZZA, l. c., p. 35).

(2) Anno 1849 seditiosi viri, qui regimine civitatis Placentinae potiti erant, etiam singulos dispersos Iesuitas e territorio eicere voluerant: cf. apud ALDEGHERI, [237] et seq., documentum, quo abire iussi sunt quattuor Patris Seraphini fratres germani, PP. Antonius, Benedictus, Dominicus et Iosephus Sordi, et Ipsi e Soc. Iesu, qui Montemclarum apud suos se receperant. Sed mox illa procella quievit, ut P. Roothaan hic innuit.

(3) P. Roothaan Massilia Neapolim non ita pridem venerat (8 10 Ian. 1850), indeque post 4 menses Romam rediit exeunte Aprili eiusdem anni 1850: cf. PIRRI, 462, 469 sq.

(4) Cur P. Sordi Romam exquireretur, tangit P. DEZZA (l. c., p. 35): « ..... Il P. Ferrari Provinciale aveva del Sordi una grande stima, spesso ricorreva a lui per consiglio e lo considerava come una colonna della Provincia. Nessuna meraviglia quindi che in quegli anni da più parti i Superiori si contendessero il P. Sordi, il P. Ferrari che voleva ritenerlo in Provincia, il Provinciale di Roma che lo voleva nel Collegio di Ferrara, il P. Generale che lo desiderava professore al Collegio Romano e i Padri della *Civiltà Cattolica* che lo volevano almeno da lontano loro collaboratore nella Rivista da poco fondata ».

(5) « Le insistenze del P. Provinciale Ferrari questa volta vinsero, e il P. Sordi fu inviato a Reggio, dove fu Rettore [del Collegio], ma per breve tempo » (DEZZA, 35); nam aliud opus ei commisit P. Roothaan, ut infra videbimus: cf. epistolas sequentes.

DXX.

AD R. P. ANTONIUM BALLERINI (1).

Piacenza.

1. *Gratulationes.* — 2. *Binos eius operis Censores designat.*

Roma, 20 Agosto 1850.

Gratulationes.

1. — Godo assai del Suo felice viaggio, e più delle buone accoglienze della nostra Benefattrice (2), a cui farà sentire V. R. la mia gratitudine, e il mio sincero animo in verso di essa. Costì potrà con comodo e in bella quiete attendere ai Suoi studii, ed a quell'opera che tanto preme (3).

Binos eius operis Censores designat.

2. — Prego V. R. salutare il P. Serafino Sordi (4) e il P. Carminati (5), e li preghi a nome mio a volersi occupare

(1) P. ANTONIUS BALLERINI (cf. epist. DIX, not. 5) in eo tunc erat ut, ex permissione Pii IX Patri Roothaan *vivae vocis oraculo* data (cf. epist. DXXXI), contra *Principii della scuola Rosminiana* suas ederet *Lettere famigliari di un Prete Bolognese*, quae polemicam Rosminianam ita acuerunt, ut novo silentii praecepto a Pio IX imposito, operis editio abrumpi debuerit: cf. PIRRI, 478 sqq. — De hoc opere cum hic tum in binis sequentibus litteris sermo est.

(2) Certo certius designatur hic comitissa TERESIA LANDI vidua ROCCA († 1851), praecipua Collegii Placentini benefactrix, immo titulo Fundatricis ornata, quae etiam post dispersionem et direptionem Collegii, Societati liberaliter admodum favit: cf. GALLETTI, I, 344 sqq.; ALDEGHERI, 27 sqq.

(3) Agebatur de opere edendo, de quo hic supra, not. 1.

(4) Cf. plures epistolas praecedentes et sequentes.

(5) P. ISAIAS CARMINATI, *Prov. Taurinensis* (1798-1814-1851), patria Bergomas, saepe Patri Sordi adfuit in eius libris parandis et edendis: cf. etiam epist. DXXV. — De insigni hoc viro, quem scientiis sacris et litteris praematura morte ereptum diceres, conferantur: CASAGRANDI, 27-35 sq.; SOMMERVOGEL, II, 755 sq; et maxime MELANDRI Ios. e S. I., *De Vita Iesaiae Carminatii e S. I. Commentarius*, Romae, 1878 (praepositus volumini, quo eiusdem Patris Carminati *Carmina et Inscriptiones* continentur). — Cf. etiam PIRRI, *Carteggi Taparelli* (passim), unde iuvat hic exscribere amplam notam, quam P. Pirri praeponit uni ex epistolis maioris momenti eiusdem P. Carminati ad P. Taparelli (pag. 301): « Isaia Carminati (n. a Bergamo 1798, m. a Reggio 29 aprile 1851) era legato, come il Sordi, di antica amicizia col Taparelli. Aveva ereditato dal P. Petrucci, suo maestro, uno squisito gusto umanistico, e fu eccellente professore di lettere. Studiò filosofia a Ferrara, tra il 1818 e il 1820, sotto il P. Zecchinelli che l'infervorò all'amore della Scolastica. « Scio utique, — scrive il suo biografo, — illum quibusdam a peripateticorum schola placitis plus aequo forsan addictum fuisse: quam vero philosophandi rationem ab ipsa prima institutione est animo complexus, numquam immutavit, sed illi pertinaciter inhaesit. Ad eum porro in sua sententia confirmandum accessit cum aliorum sodalium consuetudo, tum maxime Seraphini Sordii, hominis non minus scholasticae studio, quam vitae sanctimonia cum paucis comparandi ». (P. MELANDRI, *De Vita I. C. Commentarius*, pag. 8). — L'origine del tomismo del P. Carminati, accennata dal Melandri, come quella del P. Taparelli, dimostra, che oltre alla tradizione buzzettiana [id est: Canonici V. Buzzetti] rappresentata dal P. Sordi, esistevano nella Compagnia, fin dai primi anni della sua nuova vita, altre fresche correnti di rinnovamento. — Il Carminati insegnò in vari collegii, la bufera del '48 lo colse a Genova, rettore del convitto, e dovè rifugiarsi a Piacenza, indi presso i congiunti a Bergamo. Dopo la restaurazione, insegnò un anno istituzioni canoniche al Collegio Romano, e tornato a Reggio vi terminò i suoi giorni. — Il P. Melandri pubblicò alcuni suoi scritti letterari latini e Greci. Il C. nel 1843 curò una nuova edizione del compendio di teologia tomistica del P. Alagona S. J. (Torino, Marietti); e nel 1849 una ristampa corredata di una sua introduzione e di note, dell'opuscolo anonimo del P. Serafino Sordi: *I primi elementi del sistema di D. V. Gioberti* ».

diligentemente per rivedere le cose Sue; ma vorrei si occupassero *con amore, sollecitudine, e serio impegno,* come se fossero cose loro. Faccia ad essi leggere queste mie parole (6).

La prego in fine de' miei ossequii al Sig. Prevosto Franchi (7), e a tutti i Nostri di costì, che mi stringo con affetto al seno.

Ai SS. SS. SS. ecc.

Ven., 59.

DXXI.

Ad R. P. Seraphinum Sordi (1).

Piacenza.

Normae sequendae in revisione operis Patris Ballerini ei commissa.

Roma, 24 Agosto 1850.

Normae sequendae in revisione operis Patris Ballerini ei commissa.

A.M.D.G. V. R. fa del bene costì, sì; ma finalmente Monache! (2). E' troppo più importante l'opera, per la quale si è portato costì il P. Ballerini (3), di cui V. R. deve essere il Revisore, — avvertendo principalmente due cose: 1° Che piuttosto si tralasci la censura di ciò che non è evidentemente male; chè di quest'ultima categoria ce n'è abbastanza. 2° Che sieno evitate le espressioni offensive della persona (4).

Vegga dunque di prestargli la sua opera con impegno. — Già le Monache dovranno per necessità aver pazienza fra poco, quando cioè Ella sarà chiamato altrove, come pur desidera (5).

---

(6) Cf. epist. seq.

(7) R. D. Iosephus Franchi, qui munificae Benefactrici Comitissae Rocca in suis erga Societatem beneficiis largiendis consilio adstitit eiusque voluntates exsequendas curavit: cf. Galletti, I, 344.

(1) Cf. epistolas praecedentes.

(2) P. Sordi Placentiae adhuc dispersus degebat, et multa sacra ministeria peragebat etiam in favorem Monialium, praesertim Ursulinarum, quae insignes Societatis benefactrices in prosperis et adversis rebus semper se praebuerunt. P. Roothaan id quod P. Sordi in illis adiunctis peragebat, profecto non improbat, sed ad maioris momenti labores impellit. Cf. hic infra, not. 5.

(3) Cf. epist. praeced.

(4) Id est, Abb. Rosmini. — Idem repetit et urget P. Roothaan etiam in epist. seq.; quod autem Revisores ad id non satis attenderint, vehementer doluit (cf. epist. DXXVI).

(5) Die 6 Iun. 1850 ipse P. Sordi dolens de sua diuturna dispersione scripserat Patri Roothaan, qui die 22 Iun. 1850 ei responderat: « Conosco bene che V. R. non può non sentire il peso della dispersione e per tante ragioni. Speriamo bene che il Signore sia per abbreviare cotesti giorni amari di separazione. Si consoli però V. R. che intanto quel po' di bene che ha potuto fare, lo ha fatto. *Deo gratias!* » (Ven., 54).

Il P. Bergamaschi (6) sia l'altro Revisore *in secondo;* ma a Lei sopratutto mi affido. Dico poi al P. Bergamaschi quel che più sopra ho detto a Lei. — Lo nomino lui, perchè il P. Carminati starà lontano (7).

In unione ecc.

Ven., 59 seq.

DXXII.

Ad R. P. Seraphinum Sordi (1).

Lodi (2).

Iterum de revisione operis P. Ballerini.

Roma, 7 Settembre 1850.

Iterum de revisione operis P. Ballerini.

Rispondo alla carissima Sua dei 30 Agosto p. p. — Sì, veramente, questo io desidero che V. R. quanto più presto può si porti a Milano, per lo scopo già noto (3). E se non Le fosse troppo duro il sacrifizio, direi pure salutando in passando i Suoi semplicemente, affine di presto completare la cosa (4).

---

(6) P. Ioannes M Bergamaschi, *Prov. Taurinensis* (1785-1819-1860), patria Placentinus, Placentiae tunc erat in dispersione, ibique ad mortem usque mansit. Operis tamen Patris Ballerini non ipse alter Revisor fuit, sed P. Carminati: cf. not. seq.

(7) P. Isaias Carminati (cf. epist. praeced.) Regium Lepidi mittendus erat ad theologiam docendam, ideoque « starà lontano »: putabatur enim P. Sordi Placentiae mansurus. At paulo post, etiam P. Sordi Regium petiit, Rector illius Collegii futurus; ibique mansit etiam mutato consilio de eius rectoratu; itaque P. Carminati officio Revisoris simul cum P. Sordi fungi potuit: cf. epist. DXXV, DXXVI.

(1) Cf. epistolas praecedentes.

(2) P. Sordi Laude Pompeii (Lodi), quae urbs est Placentiam inter et Mediolanum, tunc versabatur ad breve tempus, fortasse ob quaedam sacra ministeria.

(3) Agebatur de revisione libri Patris Ballerini contra Rosmini, qui liber tunc Mediolani typis imprimebatur. — Miranda sane sollicitudo Patris Roothaan de accurata revisione illius libris: ex altera parte, de puritate doctrinae anxius, necessarium ducebat ut errores (qui sibi videbantur) detegerentur, quo attentius Christifideles ab iis se praecavere possent; ex altera vero, vehementiorem Patris Ballerini indolem bene noscens, timebat ne in erroribus carpendis modum excederet et ipsius Rosmini personam acriter attingeret, quam contra debita observantia prosequendam esse iusserat. Re vera « da parte del P. Roothaan non si potevano desiderare maggiori cautele, onde evitare gli inconvenienti sopra accennati » (Pirri, 479).

(4) Res tamen haud ita celeriter processerunt. En quid P. Sordi die 29 Sept. 1850 ad P. Roothaan scribebat: « Sono stato in Milano dal 10 sino a tutto il 26 del corr. In questo tempo abbiamo scorse del P. Ballerini lettere 34, quante non si arriveranno a stampare, come ho inteso, nè pure in tutto il prossimo Ottobre. Il suddetto Padre conta di scriverne più di altrettante. A che dunque fermarsi più lungamente se: 1° ad ogni modo non finirei; 2° per cose che lo stampatore basta che le abbia in pronto per la metà di Novembre. E d'altra parte se dovrò partire, non ho da conchiudere le cose mie in Piacenza? — Nel rimanente ciò che ho veduto sin qui, mi pare concludentissimo..... Ma il dettato [del P. Ballerini] è più

V. R. crede che troppo breve sia il tempo. A me non pare. Giacchè veggo bene che il confronto dei testi in fronte [5] è stato già fatto. Osservi però un'altra cosa, che nell'opera si devono soltanto nominare ed esprimere quelle proposizioni, in cui apertamente vi è l'errore, che già ne abbiamo a dovizia, lasciando da parte quelle che vi verrebbono bene, ma sono soggette a doppio senso, o non sono esplicitamente false. Poi abbia ben cura che non vi siano espressioni aspre e pungenti verso l'Autore [5]. La verità schietta e rotonda contro l'errore manifesto, questo è tutto.
Ai SS. SS. SS. molto mi raccomando.

Ven., 60.

DXXIII.

Ad R. P. Antonium Ballerini (1).

[*Milano*].

1. *Dolet de mora.* — 2. *De praecepto silentii iam ablato.* — 3. *Urget normas iam datas.*

Roma, 9 Novembre 1850.

Dolet de mora.

1. — Mi dispiace assai del disappunto, pel ritardo di V. R. al Collegio Romano (2). La compatisco! — ma purtroppo, quando vidi che non andava la cosa com'era stata ideata, cioè con Mons. Vescovo di Reggio (3), non potei non

---

da parroco di campagna che di città. In secondo luogo nel battere l'avversario non ha la gentilezza del Segneri, ma partecipa della natura dello scrittore; 3° la fretta (scrive una lettera al giorno, e qualche volta anche più) non permette di raccogliere in una sola lettera i punti analoghi, e così non sono infrequenti le ripetizioni... » (ex autogr., in Archiv. Rom. S. I.).

(5) Ita legitur in regesto; sed fortasse legendum: *in fonte*.

(6) Idem commendavit paulo post (10 Oct. 1850) etiam Patri Carminati: « ..... Torno pure a raccomandar caldamente, che si abbia cura specialissima nello schivare tutto quello che potrebbe essere di offesa e dar cagione a risentimento personale » (Taurin. V, 100). Cf. etiam hic supra, not. 3; itemque epist. seq.

(1) Cf. epist. DIX, DXX, DXXI, DXXII.

(2) P. Ballerini per illos annos erat *Lect. hist. eccles.* in Collegio Romano.

(3) Episcopus Regiensis in Aemilia erat a die 20 Apr. 1849 RR. DD. Petrus Raffaeli, natus anno 1791, qui prius fuerat Episcopus Carpensis (cf. *Notizie per l'anno 1851*, p. 159 sq.). — E variis litteris cum Patris Sordi tum Patris Roothaan colligitur hunc Episcopum promovisse editionem libri Patris Ballerini, simulque optasse ut *Syllabus* pararetur errorum Rosmini examini Sanctae Sedi subiciendus. Sed hoc postremum consilium dein ipse Episcopus urgendum non duxit. Iam in epistola Patris Sordi (29 Sept, 1850) ad P. Roothaan haec habentur: « Del *Sillabo* del Vescovo di Reggio non si è ancor fatto nulla. E ciò parmi non senza ragione; perchè provato che sia colle lettere [id est per librum P. Ballerini « *Lettere di un Prete Bolognese* »] quali siano l'eresie incontrastabili, *sicuramente* e *con poco* si conchiude la censura di quelle.... » (ex autogr., Archiv. Rom. S. I.).

temere di ritardi ed i miei timori si verificarono. Pazienza! — Ciò che più dispiace, si è che contro il convenuto si è saputa la cosa da troppo più persone!

De praecepto silentii iam ablato.

2. — Ad ogni modo, per ogni sicurezza ne ho parlato a chi si doveva (4), riguardo all'antico ordine dato di *tacere* (5); e questa spina mi è stata tolta, ma nell'istesso tempo mi si raccomandò caldamente il *secreto*. Almeno almeno, non solo non si metta sul frontespizio il nome, ma neanche le lettere iniziali de' nomi, nè verun segno che faccia conoscere la condizione dell'Autore (6). Ciò per giusti riguardi.

Urget normas iam datas.

3. — Spero, che almeno si saranno osservate le due condizioni tanto da me raccomandate: 1° che le critiche sieno di cose non dubbie, non cavillose; — 2° che si evitasse l'acerbità verso le persone, le cui dottrine si esaminano (7).

Ci si promette, che poco dopo la metà del mese Ella sarà di ritorno (8). *Utinam! quanto prima!* — Già del *Sillabo* di proposizioni non occorre più occuparsene (9).

In unione de' SS. SS. SS. ecc.

Rom. VI, 54.

DXXIV.

Ad R. P. Venerium Predelli (1),
Rectorem Collegii.

Reggio [*Emilia*].

1. *Novum Rectorem hortatur, ut ad normam Instituti gubernet.* — 2. « *Gubernatio sit spiritualis* ».

Roma, 9 Novembre 1850.

Novum Rectorem hortatur, ut ad normam Instituti gubernet.

1. — Ricevo la carissima Sua del 3 corr. Mi consolano i sentimenti coi quali V. R. accetta di essere messo a parte della croce, che ci gravita già da tanto tempo sulle spalle.

(4) Id est Summo Pontifici Pio IX: cf. epist. DXXXI.

(5) Cf. epist. DIX.

(6) Mox tamen verum nomen Auctoris passim rescitum est.

(7) Cf. epist. DXXI et DXXII.

(8) Et sane, exeunte Novembri aut ineunte Decembri, P. Ballerini Mediolano Romam profectus est. Mediolani ad reliquam libri impressionem curandam mansit P. Leonardus Guarmani, *Prov. Taurinensis* (1798-1821-1883), patria Bononiensis (ideoque concivis auctoris « Prete Bolognese »), qui dein in Prov. Neapolitanam et mox Lusitaniam missus, diu strenueque ibi adlaboravit.

(9) Cf. hic supra, not. 3.

(1) P. Venerius Predelli, *Prov. Venetae* (1807-1823-1892), qui plures annos physicam et mathesim docuerat, nuper renuntiatus fuerat Rector Collegii Regiensis, a die 25 Oct. 1850, pro P. Seraphino Sordi (cf. epist. DXIX, not. 5). Fuit deinde fere semper Superior variis in locis usque ad extremam senectutem. Obiit Mantuae octogenario maior, die 23 Iunii 1892. Cf. Aldegheri, 121-124, etc.

Iddio benedetto, nel cui nome è chiamato a reggere cotesto nostro Collegio, Le darà, io lo spero, e la grazia e la forza a fine di adempire il Suo dovere. Tutta la norma del governare l'abbiamo nel nostro santo Istituto, il modo l'abbiamo nella carità, che fortemente e soavemente il tutto deve disporre. Rammenti sempre che non è semplicemente *Rettore*, ma *Padre* Rettore.

Ai SS. SS. SS. molto mi raccomando.

2. — [*P. S.*] — Gubernatio sit *spiritualis* — *suavis* — *exacta* (²). Il 1° è il più essenziale, donde poi nascono di sua natura le due altre qualità. — Confidi molto nel Signore, nella grazia della vocazione, per sè e per gli altri.

« Gubernatio sit spiritualis ».

Ven., 66.

DXXV.

Ad R. P. Seraphinum Sordi (¹).

Reggio [Emilia].

1. *Ei repetit epistolam, quae in itinere amissa fuerat.* — 2. *In opus philosophicum conscribendum totus incumbat.*

Roma, 22 Novembre 1850.

Mi riesce veramente nuovo che V. R. non abbia finora ricevuta alcuna mia lettera. Risposi tosto alla Sua dei 29 Settembre e consegnai la lettera al Sig. Canonico Marzolini (²) che tornava costì. Forse se la sarà dimenticata a Parma.

1. — EccoLe dunque ciò che scriveva a V. R. intorno al progetto propostomi del Corso Filosofico (³). « Oggi stesso (14 Ottobre) ho scritto al P. Ferrari (⁴), suggerendogli di libe-

Ei repetit epistolam, quae in itinere amissa fuerat.

(²) Cf. *Epitome Instit. S. I.*, n. 760.

(¹) Cf. epist. DXIX et alias praecedentes ibi indicatas; itemque epist. DXXI et DXXII. — P. Sordi Regium Lepidi missus fuerat ut Rector Collegii; sed forte ne coepit quidem illo munere fungi, nam statim alius ei suffectus est: cf. epist. praeced.

(²) Is erat Canonicus Parmensis, qui etiam negotia Serenissimi Ducis Parmensis identidem Romae agebat apud Sanctam Sedem: cf. etiam infra, epist. DXXVII.

(³) Die 29 Sept. 1850 P. Sordi, conquestus de « mancanza generale di veri principii filosofici », haec Patri Generali proposuerat: « ..... Non ci si rimedierà mai se non si ristabilisce una soda filosofia. I Nostri si lagnano che non si trova un corso adattato..... Eppure non ci vorrebbe un miracolo per provvederci. Dove V. P. lo volesse, e mi concedesse esenzione da altri offizi, e un qualche compagno che mi porgesse aiuto, confiderei nel Signore di poterci riuscire » (ex autogr., Archiv. Rom. S. I.). — P. Roothaan consilium et oblationem ultro excepit, ut hinc et ex seq. epist. apparet: cf. etiam Pirri, 308; et Dezzá, 36 sq.

(⁴) P. Iosephus Ferrari, Praepositus Prov. Venetae, de quo alias saepe: cf. epist. CCCXXI, DXVII, DXVIII. — In epistola, ad quam hic reicitur, P. Roothaan

rare V. R. dal rettorato per un'opera più universale, appunto secondo il senso del Suo *P. S.* nell'ultima Sua: — *Utinam!* — Osservo che molti son buoni per abbattere i falsi sistemi, ma quando poi si tratta di presentarne uno veramente solido, si viene a guai. Vorrei vedere un corso, che fruttasse lo sviluppo e la conferma del *buon senso naturale,* anche con meno erudizione sopra tanti falsi sistemi, la quale bene spesso non produce altro che indebolimento del buon senso e anche della fede. Ma V. R. per far tale opera buona, bisognerà che, ovunque sia, non abbia che fare colle *beate Religiose* » (5).

In opus philosophicum conscribendum totus incumbat!

2. — Al P. Provinciale poi [io] tornava a ripetere il 7 Novembre, e anche ultimamente il 19, che lasciasse libera V. R. per attendere di proposito a quest'opera (6). Si è pur dato ordine al P. Carminati (7), che resti costì e Le sia di aiuto secondo i Suoi desideri.

Esponga tutte queste cose al P. Provinciale, e metta mano all'impresa, che spero sarà per riuscire di gloria a Dio e di gran vantaggio ai Nostri (8).

Mi raccomando infine ai SS. SS. SS.

Ven., 67.

Patri Provinciali haec scripserat: « Sostituisca pure il P. Predelli [ut Rector Collegii Regiensis: cf. epist. praeced.], e spero che potrà far bene; così il P. Sordi si occuperà in un lavoro che potrà riuscire di maggior vantaggio alla Compagnia » (Ven., 63).

(5) Cf. epist. DXXI, not. 2.

(6) In binis hisce litteris, ad quas hic reicitur, haec habebantur: *Die 7 nov.* « Scrissi già al P. Sordi, approvando il suo divisamento su l'opera che intende scrivere; ma non gli posso concedere a compagno il P. Carminati, perchè ne abbiamo bisogno qui in Collegio Romano » (Ven., 65). — b) *Die 19 Nov.*: « Avendo trovato qui onde rimediare alla scuola del P. Carminati, lascio a V. R. il detto Padre, affinchè possa servire di aiuto al P. Sordi, ed insieme essere per V. R. medesima quello che desidera, essendo soggetto capace » (Ven., 66). — P. Carminati illo anno, praeter quam auxiliaris Patris Sordi, fuit etiam Lector theologiae in ipso Collegio Regiensi; sed ante finem anni scholaris ibidem mortuus est die 29 Apr. 1851, aetatis anno 54.

(7) P. Isaias Carminati: cf. epist. DXX, not. 5; itemque vide hic supra, notam praeced.

(8) Optimum sane fuit consilium Patris Roothaan seligendi P. Seraphinum Sordi ad opus tanti momenti exarandum. Nam P. Sordi « ebbe le doti del vero filosofo: profondità ed acutezza mirabile nella speculazione, ed una ferrea logica nello sviluppo del suo pensiero... Alla profondità egli aggiunge la chiarezza... e una vasta e veramente straordinaria conoscenza dei molti sistemi ed autori della filosofia moderna... Favorito da questa vasta conoscenza delle opere dei filosofi moderni, egli potè cenfutare i loro errori con precisione ed efficacia e contrapporre a quella congerie di errori il grande sistema scolastico. Un unico lato debole fu lamentato dal P. Cornoldi nella coltura filosofica del P. Sordi, ed era un certo difetto di conoscenze sicure e vaste circa le moderne scienze fisiche e sperimentali » (Dezza, 43 sq.). — Notum autem est quam fideliter et ardenter P. Sordi adhaereret philosophiae scholasticae S. Thomae Aquinatis, ad quam in scholis catholicis restaurandam et promovendam post suum magistrum Can. Vincentium Buzzetti plurimum contulit, sive directe sive per suos amicos, ut P. Taparelli et P. Pecci (per quem etiam in eius fratrem, futurum Leonem XIII, valide influxit), sive per suos discipulos, inter quos eminent P. Isaias Carminati et P. Ioannes M. Cornoldi, sive etiam in Congregatione Generali sui Ordinis

DXXVI.

Ad R. P. Seraphinum Sordi (1).

Reggio [Emilia].

1. *Opus philosophicum ei commissum impense promovendum.* — 2. *Dolet de nimia benignitate in revisione operis P. Ballerini.*

Roma, 18 Decembre 1850.

Riscontro la Sua carissima de' 27 p. p.

1. — Manco male! V. R. ora al mio replicato *utinam*, dice di veder la cosa più difficile di quel che Le fosse sembrato a prima vista, quando me ne fece la proposizione (2). Questo l'intendo. Ma per questo avrà da sgomentarsi? Non già. E vedo con mio piacere, ch'Ella stessa dice: *Faremo* (3).

Opus philosophicum ei commissum impense promovendum.

(anno 1853), in qua doctrinam Aquinatis strenue promovit. Fatendum tamen optimum Patrem, etsi animo mitissimum, quandoque in his controversiis philosophicis fines aequae moderationis transiisse et res istas vehementius urgere visum esse. Cf. Dezza, l. c., 39-56; item Pirri in *L'Università Gregoriana, ecc.*, pp. 66-76. — Cf. tamen epist. seq., cur P. Sordi opus philosophicum, quod tam alacriter erat aggressus, perficere aut saltem in lucem edere non potuerit.

5. — E voi sapete, PP. e FF. CC., che dacchè mi vidi imposto il grave carico della sollecitudine universale per la Compagnia, non ho cessato a voce e per lettere scritte a tutta la Compagnia di raccomandare, con quanto potessi di calore e d'intensissimo affetto, questo importante dover nostro, questa condizione, *sine qua non ci è possibile* esser quali ci vuole il N. S. P. [Ignazio] ed il suo Istituto. Questo lo inculcai nella prima [mia] lettera *de amore Societatis et Instituti nostri* (9). Questo nelle altre scritte in questi più di 20 anni del mio travaglioso governo; e quando scrissi *de Exercitiorum spiritualium studio et usu* (10), e quando in occasione dell'anno secolare della Compagnia (11) mi sforzai di eccitare tutti al tanto desiderato e sempre tanto necessario rinnovellamento dello spirito, ed in varie altre circostanze.

ut denuo excitet, post saevas procellas,

6. — Ora, PP. e FF. miei CC., come ci troviamo noi in questa parte? Vi confesso che porto in cuore una spina pungentissima che dì e notte mi trafigge. Quando vidi scoppiare finalmente sopra la Compagnia, specialmente in Italia, quelle tempeste che da varii anni ci minacciavano, allora io,

(7) *Luc.*, XIV, 26, 27, 33.
(8) *Matth.*, X, 37, 38.
(9) Die 7 Iulii 1830: cf. Roothaan, *Opera spirit.*, I, 327-339.
(10) Die 27 Dec. 1834: cf. *ibid.*, 357-366.
(11) Die 27 Dec. 1839: cf. *ibid.*, 367-386.

consolandomi di tante rovine, andava dicendo tra me e me: « Ecco giunto il tempo in cui il Signore vuol davvero operare da sè il rinnovellamento dello spirito in tutti noi; ecco che ha preso *ventilabrum in manu sua*, ecco che *purgabit aream suam* ([12]); ed oh! quanto bella, quanto rinnovata in spirito di vero fervore, degno di più bei tempi, uscirà la Compagnia da questi travagli, quando a suo tempo si riuniranno le membra disperse, quei che saranno rimasti saldi, fedeli a Dio ed alla lor vocazione in mezzo a tante e sì dure prove! ». Con questi pensieri io mi consolava nel Signore, e quei Nostri che m'hanno veduto nelle varie Provincie, che come pellegrino mi fu dato di visitare fuori d'Italia, hanno potuto osservare la tranquillità, anzi la lieta fiducia che io non meno portava in cuore che mostrava di fuori ([13]).

7. — Ebbene, la tempesta si è sedata, anzi molto più presto di quello che si potesse umanamente sperare. Siamo, direi volentieri, prodigiosamente in meno di due anni ritornati alla maggior parte delle Case, che a viva forza eravamo stati costretti d'abbandonare; ci siamo riuniti e [siamo] superstiti all'orrendo cataclisma; e, quel che anche più è d'ammirare, siamo con grande impegno ricercati, domandati con istanze vivissime, anche in quei medesimi luoghi, ove il solo nome nostro era poco prima oggetto di abborrimento, di odio (così sembrava) implacabile. Ma, in mezzo a tanti motivi di consolazione e di gaudio nel Signore, che vediamo? Quel che vedo io, PP. miei et FF. CC., ve lo dirò con quella sincerità, che vi devo, al cospetto del Signore, e per la fedeltà, che devo alla nostra Madre carissima la Compagnia, che mi è, e deve essermi, più cara mille volte che la stessa vita. Che vedo dunque? Che osservo? Vedo, sì, e osservo, non senza giubilo del mio cuore, buon numero de' Nostri, i quali, come prima delle passate vicende erano di ottimo esempio nella Compagnia, [così anche adesso sono] uomini, quali vuole, anzi quali suppone S. Ignazio dover essere gli uomini formati nella Compagnia: *homines vere spirituales, vere humiles et prudentes in Christo* ([14]); e come nei giorni della tempesta questi non cessarono d'esser tali, memori sempre del loro stato di religiosi della Compagnia, applicati con ogni studio al doppio fine della propria santificazione e della santificazione de' prossimi, in quei modi che tali tempi com-

inquirit quales simus in spiritu:

ferventioresne?

([12]) Cf. *Luc.*, III, 17.

([13]) Cf. Pirri, 432-450 *(passim)*. In collegio Tulliolano in Hibernia, v. gr., « la sua cordialissima conversazione, mentre era sempre d'un colorito soprannaturale, era accompagnata da santa letizia che gli conferiva una grazia tutta particolare » (ibid., 449). Et similia referuntur de aliis locis. — Notandum etiam, quod P. Roothaan pluribus in locis, per illud exsilii tempus, adhortationem domesticam habuit « de gaudio spirituali »! Ita v. g. in Collegiis Valsensi, Lovaniensi, Brugelettensi: cf. Roothaan, *Opera spirit.*, I, 485-489, 530-533, 542.

([14]) S. Ignatius, in *Formula Instituti*, a Iulio III approbata (num. 9), in *Constitutionibus* etc. *(passim)*.

portavano, sono anche al presente i medesimi *gaudium et corona nostra in Domino* [15].

an minus ferventes?

8. — Ma vedo ancora ed osservo, che ve ne sono pure tra noi, anche adesso, dopo una visita di Dio sì strepitosa, che avrebbe dovuto svegliare a salute non solo chi dormiva, ma ben anche risuscitare chi fosse stato morto; ve ne sono, dico, che anche adesso, com'erano prima della dispersione, di poco fervore, di poca osservanza, quindi di poca edificazione, amanti di sè e de' lor comodi, tenerissimi della propria stima e vana opinione degli uomini, delicatissimi al ricevere un avviso ed una correzione dal Superiore, difficili all'ubbidienza, a cui conveniva quasi domandare: *quid vis ut faciam tibi?* [16] anzichè valersi della loro opera secondo i bisogni; — così osservo purtroppo (e fossero pur pochi, pochissimi, non si potrebbe ciò vedere senz'alto dolore) che ve ne sono, dico, i quali, ritornati, si mostrano quali erano prima, molto imperfetti, di poco fervore, più desiderosi, direbbesi, del riposo che della fatica, disimpegnando gli offizi loro commessi dall'ubbidienza con un languore, che stranamente disdice e allo spirito della Compagnia, e a' tempi che corrono sì disastrosi; a' quali se vi è rimedio, solo potrà esservi umanamente in uno zelo ardente di Operai Evangelici veramente pieni dello spirito di Dio, pronti a qualunque travaglio e a qualunque sacrifizio, per opporsi *murum pro domo Dei* [17], *e qui se impendant et superimpendant pro animabus* [18].

Praesens tempus maximum fervorem postulat.

9. — O PP. miei e FF. CC., se da tale spirito fossimo animati tutti, e Superiori e sudditi, e Predicatori e Professori, — Maestri e Studenti e Coadiutori, ciascuno nel suo grado ed officio, applicati daddovero al conseguimento del fine della nostra vocazione, *non quaerendo* nessuno *quae sua sunt, sed quae Iesu Christi* [19], non vi pare, che ben altro frutto si caverebbe di quei tanti nostri ministerii? e, sebbene siamo troppo pochi a' bisogni che da ogni parte premono, non si moltiplicherebbe ancora l'opera nostra, facendo generosamente pochi per molti? Ma ohime! non so, che sia. Temo talvolta che la Compagnia stessa in alcuni luoghi non partecipi in qualche modo a quella indolenza, a quella indifferenza, a quella mancanza di zelo industrioso, energico ed efficace, la quale mancanza con dolore si osserva quasi universalmente in tanti anche buoni secolari, a fronte della sì incredibile attività infernale de' malvagi.

---

(15) Cf. *Philipp.*, IV, 1: « Fratres mei carissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea, sic state in Domino, carissimi ».

(16) Cf. *Marc.*, X, 51: « Quid tibi vis faciam? ».

(17) Cf. *Ezech.*, XIII, 5: « Neque opposuistis murum pro domo Israël ».

(18) Cf. *II Cor.*, XII, 15: « Ego autem libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabus vestris ».

(19) Cf. *Philipp.*, II, 21: « Omnes quae sua sunt quaerunt, non quae sunt Iesu Christi ».

10. — Pensiamo, PP. miei e FF. CC., qual cosa da noi la Chiesa e il mondo aspetta in tali tempi. E persuadiamoci, che se non siamo disposti a generoso sacrificio di noi medesimi, dei nostri propri gusti, de' nostri comodi, insomma dell'amor proprio, non potremo essere *de semine illorum, per quos salus facta est in Israel* (20). — Vediamo gli esempi de' nostri Maggiori, veri eroi di virtù e conseguentemente di zelo ammirabilmente fruttuoso. Nè soltanto quei, dico, che onoriamo su gli altari, ma quanti e quanti altri ci danno diritto di dire: *Filii Sanctorum sumus* (21). Anzi abbiam ben ragione di pensare, che appunto *propter fratres* il Signore ci usi tante misericordie oltre ad ogni merito nostro. Ma non hanno dunque da stimolarci tanti e si gloriosi esempi? Quid a nobis expectet Ecclesia Dei; quid exempla Maiorum requirant.

11. — So bene, PP. e FF. CC., che *non potest homo accipere quidquam nisi fuerit ei datum de coelo* (22). So che, nella dispensazione de' doni suoi, Iddio non dà tutto a tutti. Ma so ancora, che il liberalissimo Signore, *dat omnibus affluenter* (23), so che la sua promessa è infallibile: *Pater dabit spiritum bonum petentibus se* (24). E so ancora, che chi non domanda questo spirito, o domandandolo non vi si dispone, non togliendo almeno da sè gli impedimenti, no, non riceverà questo spirito, che colle mani e co' piedi respinge, e che quindi resterà lasciato nella sua misera mediocrità e dappocaggine. Refellitur obiectio.

12. — Deh! riscuotiamoci, e prestandoci il Signore ne' nuovi Beati nuovi esempi insieme e presidii, raddoppiamo le nostre preghiere, *multiplicatis intercessoribus* (25), e colle preghiere cerchiamo pure con più fervore di vincerci, ch'era, lo sapete, la grande massima, e quasi unica del N. S. P. [Ignazio], da lui imparata ed inculcata, quasi esclusivamente, dal grande Saverio ai suoi compagni nell'Apostolato delle Indie. Conclusio.

Mentre vi auguro, PP. e FF. CC., questo spirito generoso proprio della Compagnia, ai vostri SS. SS. ed alle vostre orazioni mi raccomando, perchè lo impetriate a me più bisognoso di tanto dono; e con tutto l'affetto sono ecc.

N. B. - Questa lettera si leggerà in tutti i Collegi e in tutte le Case, s'inscriverà nel libro delle Encicliche de' Generali (26); e poi, al principio del prossimo anno scolastico, si legga a tavola, dopo le regole, la lettera del N. S. P. [Ignazio] *De religiosa perfectione et zelo animarum* (27), e della 1ª parte del Rodriguez, il 1° trattato, o intiero, o almeno il cap. 1° (28).

Ordinat. etc., 167-171.

(20) Cf. I *Machab.*, V, 62: « Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israël ».
(21) *Tob.*, XII, 5. — (22) *Ioan.*, III, 27.
(23) *Iac.*, I, 5. — (24) Cf. *Luc.*, XI, 13.
(25) *Oratio* liturgica in festo Omnium Sanctorum.
(26) Vide hic supra, not. 1.
(27) Ad Scholasticos Conimbricenses, die 7 Maii 1547: in *Epistolae Generalium*, Rollarii, 1909, vol. 1, pp. 1-18.
(28) P. ALFONSUS RODRIGUEZ (cf. epist. CCCCLV, not. 7: v. supra, pag. 263).

DXXXIII.

Schema epistolae ad Patres et Fratres Italiae (1).

De desiderio Missionum exterarum et quomodo se quisque ad eas parare debeat.

Selectam Missionariorum manum quaerit.

1. — Scrissi altra volta a tutti i Padri e Fratelli della Compagnia una Lettera circolare intorno al *desiderio che dobbiamo in noi eccitare e fomentare delle Sacre Missioni* (3 Dicembre 1833) (2). Oggi farò più brevi parole, e anche rivolgendomi più particolarmente ai Padri e Fratelli di queste Provincie Italiane: nè punto già per trattare delle rimote disposizioni, che tutti generalmente dobbiamo coltivare verso sì degno oggetto della nostra orazione, ma sì per raccogliere di presente un buon manipolo di generosi che si trovino già maturati alla grand'opera dell'apostolato d'oltremare.

Missiones indigent Operariis,

2. — Nuove e moltiplicate ed urgenti richieste, le quali mi vengono da parecchie Missioni che Dio prospera o tribola in singolar maniera, mi paiono essere come tante voci, con cui il N. S. Gesù Cristo si degna di attestarci la sua fiducia nel nostro zelo. E chissà se i tanti interessi spirituali che abbiamo più a cuore in queste rinascenti Provincie, chissà se il desiderato ristoramento delle rovine che vediamo ancora intorno a noi (3), non dipenda, nelle segrete viste di Dio, dalla nostra alacrità nell'abbracciare, per amore di Lui e come niente meno nostri, gli interessi di que' più lontani popoli che egli muove a cercare la salute da noi?

qui spiritu sacrificii emineant.

3. — Certo è debito, o RR. PP. e FF. CC. (4) in Cristo, ch'io ponga innanzi a tutte le necessità delle Missioni lontane gli impegni di giustizia che possiamo avere per tanti titoli verso queste popolazioni cattoliche, e tanto più verso le terre più centrali del Regno visibile di Gesù Cristo. Ma egli è pur possibile che a far qui la gloria di Dio si voglia da noi

(1) Non constat utrum haec epistola re vera missa sit; videtur autem potius data non esse, cum nullibi, ne ab italicis quidem biographis Patris Roothaan, commemoretur. Duximus tamen istud schema huc inserere, quia certe exprimit mentem et sensus Patris Roothaan et ab eo revisum est et proxime paratum. — Invenitur in Archivo Romano S. I. in fasciculo (distincto a regesto apographo), qui complectitur exemplaria authentica, plerumque propria ipsius P. Roothaan manu subscripta, litterarum ad omnes vel plures Provincias missarum, quique inscribitur « *Epistolae Communes R. P. Roothaan* ». Diceres custodem Archivi, qui istum fasciculum collegit, non modo de authenticitate non dubitasse, sed etiam hoc schema ut epistolam a P. Roothaan vere datam putasse, cum aliis similibus epistolis recensendam, addita tantum notula: « incerti anni ». Et sane nulla adest indicatio temporis. — Schema, alia certe manu exaratum, octo pagellis constat: nonnullae correctiones vel additiones manum Patris Roothaan revelant; quidam loci deleti sunt, inter quos integra periodus 13 linearum. Hos locos deletos etiam nos profecto hic omittimus.

(2) Epistola « de Missionum exterarum desiderio excitando et fovendo »: cf. in Roothaan, *Opera spirit.*, I, 347-356.

(3) Ut diximus, nulla in manuscripto habetur indicatio temporis; sed ex his verbis colligi posse videtur epistolam tunc parari, quando Provinciae Italiae vix renasci coeperant post ruinas dispersionum et persecutionum anni 1848.

(4) Id est: *Reverendi Padri e Fratelli carissimi;* item pluries infra.

maggiore spirito, più alto, più generoso, più fervente di pura carità! Ora ad eccitare un tale spirito non è maggiore stimolo di quello che la Divina Provvidenza ci porge appunto in queste circostanze col chiamare dal mezzo di questo campo così caro umanamente ai nostri affetti, alcuni de' migliori operai, per inviarli con solenne esempio di generoso distacco a maggiori fatiche in imprese lontane ed incerte. Il sacrificio di pochi sarà merito di molti, anzi di tutti, se vogliamo, per la carità che fa tutto fra noi comune. L'esempio d'un sacrificio ne ispirerà molti di diversa forma che pur occorrono anche ne' nostri ordinarii ufficii.

4. — Onde, anche senza ripeter qui ciò che potei dire con tanta verità nella precedente mia Lettera, e che l'esperienza ha così ben confermato; senza ripeter, dico, che alle Provincie d'Europa liberali di soccorsi in favore delle Missioni, Dio sarà liberale di scelti alunni che vengano a raddoppiarvi il frutto ed lo splendore, io tengo per fermo che una leva di Missionari, lungi dall'indebolire queste Provincie Italiane, loro sarà felice occasione di meritare dal Signore abbondanti quelle grazie e interne, che allargano le menti, che dilatano i cuori, che ravvivan le forze, e fanno che i pochi valgano ad operare per molti. — Ma non occorre ch'io giustifichi le intenzioni e le speranze che mi muovono a fare questa chiamata, mentre anzi mi par di vedere che, al primo cenno che ne ho fatto intendere, molti già si offrono volonterosi a partire, nè bramano grazia maggiore.

Ex divina Liberalitate nihil timendum est pro Provinciis.

5. — Passerò dunque senza dimora a dichiararvi in precise parole i requisiti che ogni aspirante alle Missioni debbe verificare in sè, e che i Padri Spirituali, e i Padri Provinciali dovranno certificare in coloro di cui credessero d'approvare le domande.

Ognuno dee ritenere in primo luogo che l'eccellenza del Ministero delle Missioni rispetto al soggetto che lo abbraccia, non consiste già in quelle grazie che sogliono accompagnarlo come *gratis datae*, o negli effetti che la Chiesa ne suole raccogliere; non consiste, dico, nel guadagnare molte anime, giacchè può per taluno riuscire al tutto infruttuoso; non nelle ineffabili consolazioni, di cui parlano un Paolo od un Saverio, giacchè le più vere si trovano dovunque si faccia la volontà di Dio; non nella gloria di grandi opere, giacchè tutto è grande veramente ciò che nella massima oscurità si faccia con più carità di Dio. — Ma ciò che dà il più solido ed il più splendido rilievo all'impresa del Missionario considerata riguardo a lui, si è che essa comincia con un atto più intenso e compiuto di universale distacco dagli oggetti, cui si suol essere naturalmente affezionato, e con tal atto che ha il motivo più nobile e più santo. Poi l'altra eccellenza di tale apostolato segue dalla precedente condizione, in quanto a questo primo atto tien dietro il giornaliero compimento del

Non sane gratiae gratis datae requiruntur;

sed animus magnus, a privatis affectibus solutus;

sacrificio nel dovere patire assai, quasi *adimplendo ea quae desunt passionum Christi* (5). Questo, sì, è il pregio tutto speciale che contradistingue il ministero delle Missioni, considerato nell'individuo che ne viene onorato; questo è ciò che lo può rendere agli occhi dello spirito degno di quella preferenza che Dio lascia al nostro arbitrio. Si tratta della massima abnegazione, e di molto patire.

et virtutes solidae iam acquisitae.

6. — Ora, ciò posto, che saprò io richiedere in chi si presenti per partire tra non molto? Disposizioni iniziali, che coltivate promettono di potersi un giorno produrre in atto, godrò di scoprirle, e le raccomando come preziosi germi di grazia a chi se le trova in cuore. Ma se ho da spedire Operai che rechino immediato soccorso a qualche Missione, se ho da destinare giovani Maestri a qualche Collegio o Convitto d'oltremare, se ho da inviare in quei lontani paesi un Coadiutore temporale, conviene ch'io ne abbia pegni di virtù già mature.

Signa solidarum virtutum haec sunt:

7. — Ed ecco quali intendo i segni di maturità che sono da ricercarsi nelle virtù di chi aspira a cosiffatte destinazioni:

a) constans exercitium fidei et caritatis;

S'interroghi da un lato la coscienza, dall'altro la condotta esterna, ossia pubblica, ossia domestica. — La coscienza ha da esservi testimonio, o RR. PP. e FF. CC., del costante abito acquistato nell'esercizio di quella fede e di quella carità che dee governare i giudizi, gli affetti, le intenzioni d'un religioso della Compagnia, secondo la Regola 17 del Sommario (6), e che conduce alla pratica dell'11ª (7). Uno spirito che soglia dividersi tra la fede nelle verità eterne, ed i principii di prudenza umana, per dare alcune ore di silenzio a meditare le prime, e poi regolare il rimanente della giornata ora col rispetto umano, ora coi calcoli dell'amor proprio, ora con fini interessati: — un tale spirito non reggerebbe tra i doveri della vita apostolica, dove tutto debb'essere viva guerra al demonio, alle pompe del mondo, alle inclinazioni del senso. Ma a sostenere tal guerra, a portare l'assalto in mezzo a quelle terre, dove regna più superbo il peccato e l'errore, ci vuole una fede così umile ad un tempo e così generosa, che sia pronta a tutti i sacrifici, che non tema di veruna confusione, che abbia in conto di guadagno ciò che lo spirito mondano abborrisce, in conto di infamia e di fango ciò che la mondana sapienza commenda alla stima de' suoi seguaci.

b) spiritus et praxis paupertatis;

8. — Che se dal tenore della condotta esterna vogliamo riconoscere altri segni di virtù matura agli uffici apostolici, non richiederò grandi prove di valore in opere del santo

(5) *Coloss.*, I, 24.

(6) Reg. 17ª *Summarii Constitutionum* rectissimam et purissimam inculcat intentionem « non solum circa vitae suae statum, verum etiam circa res omnes particulares » (*Regulae S. I.*, edit. 1935, pp. 6 sq.).

(7) Reg. 11ª *Summarii Constitutionum* tota est in inculcandis momento et necessitate perfectae imitationis Christi Crucifixi eiusque humilitatis, per abnegationem sui et continuam mortificationem etc. (cf. *Regulae S. I.*, edit 1935, pp. 4 sq.).

ministero; ma insistendo sopra la condizione d'una vita di sacrificio, vorrei che chi aspira alle Missioni potesse dirsi di coloro, che in fatto di povertà hanno amato fin qui di provare piuttosto gli effetti anzichè di lagnarsene, e sono fedeli a quella dipendenza dal Ministro, nella quale si sente più praticamente di non esser padrone di niente. — Vorrei che fosser di quelli, che ne' viaggi non sono gelosi di portare con sè e fardello di roba e raccolta di libri, e giustificano con una licenza ottenuta dal Superiore l'effetto d'una passioncella, cui sarebbe così bello il saper vincere.

9. — Vorrei solido amore di povertà, ma tanto più quell'altra virtù del vero soldato della Compagnia che è l'ubbidienza. — Se le Missioni sono una milizia, una guerra, un campo di battaglia, ognuno vi ha da professare fedele subordinazione ai suoi Superiori, — non con escludere la prudenza ed il discernimento, in quella misura che il Superiore suole indicare per la condotta individuale, — ma con escludere ogni ombra di arbitrio, e di giudizio proprio che possa indebolire l'accordo delle volontà, e delle operazioni. — Vorrei quindi che chi aspira alle Missioni potesse dirsi di coloro che sanno abitualmente diffidare de' proprii pareri, frenare la presunzione di giudicare le cose che non sono di loro pertinenza, vegliare sui movimenti loro interni e discernere i giudizi che loro ispira una passione naturale per disprezzarli e contraddirli.

c) oboedientiae.

10. — Si prometta pur altri di diventare abile a negozi, a governi, a maneggi, perchè la sua testa è feconda di vedute, il suo ingegno acuto a scorgere i difetti e i torti del prossimo, la sua logica eloquente a sostenere le proprie opinioni, l'animo saldo a non piegarsi per niente; io dico che tali doti possono aver in radice il loro pregio, ma non sono quelle d'un religioso educato alla vita della Compagnia e delle Missioni. — Sono talenti che l'amor proprio ha rubati per sè, e invece di servire a propagazione del Vangelo, a salute delle anime, a gloria della Compagnia, s'impiegheranno a spandere scompiglio e scandali in mezzo ai poveri infedeli o neofiti. Se Dio v'ha dato ingegno vivace, accorgimento naturale, naturale costanza d'animo, quella è ottima tempra da consacrarsi al suo servizio; ma non sia alterata dalla presunzione, non si ribelli alla direzione dell'ubbidienza e della carità, non si sottragga a quel buono spirito, che ha da farne strumento d'opere divine, ed è spirito di umiltà, di docilità, di unione con Dio per mezzo de' suoi rappresentanti.

Aliae dotes quatenus utiles esse possint.

Ecco, RR. PP. e FF. CC., le doti che desidero principalmente di riconoscere non in germe, ma mature, in coloro che, con sufficiente sanità di corpo e suppellettile di dottrina, si presenteranno per le Missioni.

Archiv. Rom. S. I. [8].

[8] V. supra, not. 1.

SERIES SEPTIMA

EPISTOLAE AD MISSIONES

Sectio I. - **Ad Missionem in Insulis Maris Aegei.**

Sectio II. - **Ad Missiones Montis Libani et Syriae.**

Sectio III. - **Ad Missionem Calcuttensem.**

Sectio IV. - **Ad Missionem Madurensem.**

Sectio V. - **Ad Missionem Sinensem.**

Sectio VI. - **Ad Provinciam Marylandiae.**

Sectio VII. - **Ad Provinciam Missourianam.**

Sectio VIII. - **Ad Missionem Iamaicae.**

Sectio IX. - **Ad Missiones Americae Meridionalis.**

Verso folio invenies Praenotanda.

PRAENOTANDA

I. - *Missiones* hic recensentur, non quidem omnes quae Patre Roothaan Praeposito Generali habebantur, sed eae quae proprias habent hic epistolas: nonnullae enim Missiones, v. gr. *Algeriae, Albaniensis, Dalmatiae* etc., a propriae cuiusque Provinciae Praeposito, a qua dependebant, proxime regebantur, ideoque litterae de negotiis ad ipsas pertinentibus, potius quam in peculiaribus Missionum regestis, inveniuntur inter epistolas ad Provincias datas, et plerumque ordinariam administrationem non excedunt; quare hic locum non habuerunt.

II. - *Missionum nomine* veniunt hic etiam *Provinciae Marylandiae* et *Missouriana* in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis; idque, cum quia sub initium Generalatus Patris Roothaan et erant et appellabantur Missiones; tum quia, etiam post indita iis nomen et iura Provinciae, diu in eodem statu verae Missionis permanserunt, praesertim Missouriana. Idem fere dicendum esset de *Prov. Mexicana;* sed epistolae ad ipsam pertinentes inter epistolas Assistentiae Hispaniae insertae sunt: vide ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. II, pp. 179-185.

III. - *Praeter Missiones Maris Aegaei et Missourianam,* reliquae omnes inchoatae sunt Patre Roothaan Praeposito Generali et studioso Missionum promotore. — Quae hic recensentur Missiones, ordine quodam, ut ita dicamus, geographico sese excipiunt: in *Europa*, in *Asia,* in *America.*

IV. - *Commentaria ad has epistolas* magna ex parte paravit P. IOSEPHUS ALBERTUS OTTO, cui rursus gratias agimus plurimas. Ad eius librum: *Gründung der neuen Jesuitenmission durch General P. Jo. Phil. Roothaan*, Freiburg im Br., Herder, 1939 (v. etiam in nostro Indice bibliographico), passim reicimus in notis.

Sectio I.

AD MISSIONEM IN INSULIS MARIS AEGAEI (1)

DXXXIV.

Ad Patres qui ad Missionem in Insulis M. Aegaei mittuntur.

Instructio de modo se gerendi in illa sat difficili Missione.

Roma, 19 Aprilis 1830.

Quamquam vos, Patres carissimi, optime ad opus Dei animatos non dubito, ac per divinam gratiam ita dispositos, ut absque ulla anxia sollicitudine vobis id muneris, grave sane nec periculis vacuum, committam, pro ea tamen, qua vos caritate complector, proque eo, quod mihi incumbit, munere, non possum vos a me dimittere, quin aliqua, licet iam satis per se vobis nota et commendata, peculiari etiam modo hac scripta instructione commendem.

Quibus animi dispositionibus Missio adeunda.

1. — Quem animum, cum primum ad Societatem ingrediendam vos Deo vocanti offerebatis, concipere debuistis, liberum ab omni patriae ac nationis propriae ac moris patrii inordinato amore, quippe quibus orbis universus patria fiebat; eumdem nunc maxime confirmate. Valebit hoc plurimum, tum ad unionem inter vos, quae vobis summopere cordi esse debet, tum etiam ad conciliandos vobis animos earum nationum, inter quas deinceps vobis erit vivendum. Equidem mihi gratulor, quod electio ad Missionem istam in quinque

(1) *Missio in Insulis Maris Aegei* seu *Missio Tenensis et Syrensis* una fuit, quae ex tempore antiquae Societatis superesset. Ultimi Iesuitae illius Missionis post suppressionem Societatis ibidem manserunt ut sacerdotes saeculares, quia Lazaristae, quibus Missio concredenda fuisset, Missionariis caruerunt. Anno autem 1790 iidem ex-Iesuitae professionem religiosam in foro interno renovarunt et Societati in Russia superstiti adnumerati sunt. His Missionariis senescentibus vel vita functis anno 1805 alii duo accesserunt, et anno 1813 tertius P. Ioannes Franco, *Prov. Siculae* (1784-1808-1849), qui demum ab anno 1823 unus permansit, donec P. Roothaan, Sacra Congregatione de Propaganda Fide saepius rogante, misit « quinque homines quinque diversis regionibus oriundos » (ut legitur in hac epistola) ad Missionem illam fere ex novo redintegrandam. Cf. Otto, 120 sqq.; G. Romano, *Missioni d. C. d. G. in Grecia*, pp. 127-210. — Haec Missio plures annos Provinciae Romanae commissa erat, vel potius Praeposito Generali immediate subiecta, in solo catalogo Prov. Romanae recensebatur; at inde ab anno 1839 Prov. Siculae concredita est.

homines quinque diversis nationibus oriundos ceciderit (²); verum de hac re ita mihi gratulor, si tamen unusquisque vestrum se vel Belgam esse, vel Polonum, vel Hispanum, vel Italum, vel Germanum obliviscatur quodammodo, omnesque se unius Salvatoris omnium Iesu Christi Socios existiment semper ac pro talibus invicem arctissime coniuncti ubique se gerant. Linguam vernaculam eorum, quos Deus vobis dabit excolendos, diligenter addiscite, et huic studio, quod impendetis tempus, optime impensum ad maiorem Dei gloriam ne dubitate; itemque ad regiones illius mores et consuetudines, quantumvis fortasse vobis ipsa etiam novitate molestas, libenter vos accommodate, et hanc apostolicae mortificationis partem, nec minimam nec minimi apud Deum meriti existimate.

Iter sit Missionis tirocinium.

2. — In itinere vos Missiones vestrae quoddam veluti tirocinium facere existimate, ut in eo caritate, patientia, modestia, paupertatis amore, aedificationis studio et erga Patrem Superiorem (³) observantia et obedientia vos ipsi probetis, quales ubi ad stationem vestram veneritis, esse vos et apparere omnibus ad Dei gloriam necesse erit (⁴).

« Quid prodest homini...?

3. — Illud fixum vobis ratumque sit, nunquam vestrarum animarum profectusque proprii curam negligere: *quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur...?* (⁵). Itaque, quae ab Instituto nostro, ab regulis, pro conservando ac promovendo in vobis religioso spiritu praescripta sunt, ea sancte observanda vobis esse statuite, memores, ita vos ad Dei gloriam et proximorum salutem apta futuros instrumenta, si cum Deo, cuius opus erit, quod in animabus operari debebitis, quam arctissime fueritis coniuncti. Quotidianae proin orationi, examini conscientiae, lectioni spirituali (pro qua epistolas S. Francisci Xaverii multum vobis commendo) tempus suum quotidie fideliter tribuite; nisi quandoque, quod tamen non nisi raro accidere debebit, aliquid horum ob vere urgentes occupationes omittere necessitas cogat.

Paupertatis studium.

4. — Paupertatis studium ita coletis, ut quisque piaculum existimet, quidquam ex iis quae fuerint quocumque nomine, a quonam oblata, *sibi accipere*, sibi vindicare; qua in re nullam ego cuiquam facultatem concedere nec volo nec possum.

Castitatis munimen.

5. — Quae ad munimen castitatis in Instituto praescripta sunt, ea tanto sollicitius vobis observanda commendo, quanto magis hoc in genere requiritur cautela inter gentes tam varias, easque moribus fortasse licentiosas.

(²) Erant P. Aegidius Henry, Superior, Belga; P. Thaddaeus Kuczynski, Polonus; P. Ferdinandus Queralt, Hispanus; et duo Fratres Coadiutores Franciscus Delbuono, Italus, et Georgius Winterhalder, Germanicus. — De tribus Patribus alias infra occurret mentio.

(³) Erat P. Aegidius Henry, de quo cf. epist. seq.

(⁴) Et sane iter re vera fuit tirocinium cum patientiae tum zeli apostolici: cf. Romano, 210.

(⁵) Cf. *Matth.*, XVI, 26.

6. — Obedientia erga Superiorem debitae, qua sola inter vos unio et conformitas mutua conservari potest, ita vos studiosos volo, ut ex hac dignoscamini genuini Societatis operarii.

Oboedientia erga Superiorem.

7. — Erga Praelatos Ecclesiasticos omnem exhibebitis reverentiam, et obedientiam in iis, quae ad externum agendi modum pertinent: nec ulla ratione facultatibus a Sancta Sede nobis concessis, et cum P. Superiore communicatis, ita utemini, ut illis offendi ullo modo Praesules Ordinarii possint. Hae enim ad aedificationem et non ad destructionem datae sunt; quod si ullum scandali periculum in quocumque casu videretur, propter maius bonum, quale est caritas et aedificatio, vos ab istarum facultatum usu abstinere omnino volo. Praelatos etiam, Sacerdotes alterius ritus, ac Religiosos aliorum Ordinum, debita observantia coletis; omnem superbiae vel arrogantiae speciem etiam minimam sollicite vitare, ac modestia humilitate, caritate, animos eorum etiam, qui forte minus erga vos propensi videbuntur, conciliare vobis studebitis.

Reverentia et oboedientia erga Praeatos.

8. — Erga fideles promptos semper vos et alacres ad ipsorum spirituales necessitates sublevandas praestabitis, memores in hoc vos positos esse, ideo illuc missos, ideo illic vivere; eos, cuiuscumque conditionis sint, affabilitate et comitate allicere, eorum miseriis compati, eos etiam in temporalibus, quantum prudenter poteritis, consilio et auxilio iuvare debebitis; eorum fortasse ignorantiam, rude ingenium, mores incompositos, cavete ne fastidire vos suspicari possint; id enim eorum a vobis animos alienaret, ut quidquid tandem egeritis pro illorum salute, nihil proficeret. S. Francisci Xaverii, tot aliorum apostolicorum virorum, et imprimis Iesu Christi Domini ac Ducis nostri exemplum, assidua meditatione volvere, et moribus exprimere pro modulo vestro satagite.

Zelus apostolicus erga fideles.

9. — In animarum directione discretionem vobis commendo maximam, ne vel peccatores ac vitiosos homines, aut severitate nimia repellatis, — *cum non sit opus bene habentibus medicus, sed male habentibus* (6), — aut molli facilitate in vitiorum caeno indormire patiamini; neve pios homines, ac pias feminas, ultra debitae moderationis mensuram, statui ipsorum convenientem, provehere velitis, cum gravis detrimenti periculo; praesertim apud puellas, aut feminas parum aetate provectas, quas quidem ad ullum votum perpetuum, praesertim vero castitatis, non admittetis, nisi raro, ac vix raro, nec nisi multa ac diuturna praemissa probatione, et consilio Patris Superioris accepto.

In animarum directione.

(6) Cf. *Matth.*, IX, 12: « Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus ».

Prudentia opus est magna.

10. — Cavete, ne quid agatis zelo imprudenti, quo schismaticorum et infidelium odia in vos acuantur, cum periculo, ne omnis bene agendi ac fideles iuvandi occasio vobis auferatur. — Res politicas, utpote a nostra vocatione prorsus alienas, nullo praetextu attingetis umquam.

Haec generali forma praecepisse et commendasse sufficiat, cum ad particularia descendere mihi, locorum ac personarum ignoranti adiuncta, non liceat. Spero quidem per vos accuratius me de omni rerum illic statu edoctum iri, ut quid maxime vitandum, quid agendum sit distinctius cognoscam.

Commendo me in SS. SS. etc.

Ordinat. etc., 111 sqq.

DXXXV.

Ad R. P. Aegidium Henry (1),
Superiorem Missionis in Insulis Aegaei.

Instructio peculiaris ad Superiorem Missionis (2).

[Roma, 19 Aprile 1830] (3).

Instructio peculiaris ad Superiorem Missionis.

1. — P. Superior muneris sibi impositi gravitatem saepe coram Deo consideret, se a Praeposito Generali in maximam partem sollicitudinis pro ista Missione vocatum, suis potissimum humeris incumbere existimet totum istius Missionis negotium, et curam atque custodiam suorum Sociorum; quo et ipsi conserventur, et ad alios multos Christo lucrandos in dies magis idonei fiant.

2. — Quae omnibus praescripta sunt in Instructione communi (4), ea ipse ut accurate serventur invigilet.

3. — Curet, ut consilio potius quam imperio, quae fieri debent a Sociis obtineat; nec tamen Superioris auctoritate, quam totam habet, uti omittat, sicubi opus fuerit.

---

(1) P. Aegidius Henry, *Prov. Siculae* (1772-1805-1856), Opont in Belgio natus, annis 1807-1826 in Monte Caucaso inter tribus illius regionis et Tataros qui planitiem septentrionalem inhabitant, multum laboraverat: cf. Otto, 85-90. Inde expulsus et, post brevem commorationem in Prov. Galiciana, Romam vocatus, ad hanc Missionem in Insulis Maris Aegaei Superior mittitur, ubi ad mortem usque, id est plenos 26 annos, strenue erat operaturus. Cf. Otto, 120 sqq.; Sommervogel, IV, 280 sq.; Carayon, *Documents inédits*, volumina XX (plura documenta) et XXI (integrum), ubi editae sunt relationes Patris Henry de suis Missionibus, praemissa volumini XXI brevi biographia. — Obiit in insula Chio die 27 Dec. 1856.

(2) Haec Instructio adiecta invenitur, in eodem regesto *Ordinationum etc.*, ad calcem prioris Instructionis (cf. epist. praeced.).

(3) Non habetur indicatio temporis, sed certo certius eodem die data est quo altera Instructio communis, ut supra.

(4) Cf. epist. praeced.

4. — Summopere commendo, ut tum ex itinere, tum ex Insulis frequenter ad nos scribat, nec formula quadam communi, sed distincte exponendo, quae de Nostris, quae de illorum statu spirituali ac temporali, quae de eorum occupationibus, quae de laborum fructu, vel iam obtento, vel sperato, vel in futurum sperando, alicuius momenti esse existimabit, ut veluti oculis coram videre vos vestraque possimus.

5. — A P. Franco (5) omnes opportunas notitias accipiat, nobis dein accurate communicandas.

6. — Rationes pecuniarum acceptarum et expensarum describere ne omittat, quarum rationum summa singulis annis ad nos transmittenda erit.

7. — Non sinat se abripi ad plura suscipienda, quam vires Nostrorum ferant; sed melius esse et ad maiorem Dei gloriam existimet, pauca facere, sed bene et modo quo Societatis homines decet, quam multa minus bene aut fortasse male, aut ab Instituto nostro aliena.

Ordinat. etc., 113.

DXXXVI.

Ad R. P. Aegidium Henry (1), Superiorem Missionis in Insulis Aegaei (2).

Syra vel *Tinos* (3).

1. *Occasio epistolae.* — 2. *Gratulatur et solatur.* — 3. *Caritas habenda erga senem Patrem.* — 4. *Commendationes quaedam.* — 5. *De brevitate in commercio epistolari cum externis.* — 6. *Salutationes.*

Rome, 19 Juin 1830.

1. — J'ai reçu jusqu'à ce jour quatre lettres de mon très cher Père Henry, c. à d. deux d'Ancone *du 25* et *du 26 Avril*, une du port de Raguse *du 1 Mai*, une du *Léonide* (4) dans le port de Corfou *du 11 Mai*. Cette derniere que Mr degli Oddi, Consul de S. S., m'a envoyée, en y joignant une longue lettre de sa main, toute pleine de bontés, me donne occasion de Occasio epistolae.

(5) P. Ioannes Franco (cf. epist. praeced., not. 1), Romam vocabatur ad tertiam probationem tandem peragendam.

(1) Cf. epist. praeced.

(2) P. Henry fuit Superior totius Missionis unum tantum annum, id est donec Pater Franco in Missionem rediit: cf. epist. DXXXIX.

(3) Ut dicitur in ipsa epistola, P. Roothaan nondum sciebat ad quamnam insulam novi Missionarii appulissent: P. Henry, relictis Patre Queralt et Fr. Coad. Delbuono in insula Tinos, Syram insulam cum aliis sociis attigit die 23 Maii 1830, ibique constitit. Cf. Romano, 210.

(4) Navis qua vehebantur illi quinque Missionarii.

Vous écrire la présente, espérant qu'elle Vous arrivera à Syra ou à Tine, où j'espère que Vous soyez déjà arrivés tous en bonne santé sous les auspices de la Ste Vierge. Je vois par vos lettres même, que toutes celles que Vous m'avez adressées ne me sont pas encore parvenues.

Gratulatur et solatur.

2. — Je commencerai par Vous dire, mon cher Père, que je suis *très content* des nouvelles que Vous m'avez données, et nous avons à *remercier* le Seigneur de tant de bienfaits. - Vous faites très bien de me faire connaître aussi les petites *misères* qui sont attachées à la nature humaine. Au reste, pour celles-ci, ne vous en affligez pas trop, mais souvenez-Vous que le bon Dieu conduit ses Elus par les imperfections à la perfection, comme par les peines et par les misères au bonheur, *ut non glorietur omnis caro in conspectu eius* (5).

Caritas habenda erga s enem Patrem

3. — Je vous recommande à Vous et a vos Compagnons toute la douceur et de l'indulgence, autant que possible, pour les petits defauts du bon vieillard qui sont compensés par beaucoup d'excellentes qualités (6). N'attribuez jamais, surtout ne montrez jamais d'attribuer ces défauts à sa nation, car cela serait dire, que ces défauts sont incorrigibles et irrémissibles, puisqu'il est impossible qu'il ne soit pas né Polonais, comme Vous êtes né Belge, etc. — Avec de douces remontrances, et sans heurter de front, et souvent en dissimulant, Vous gagnerez plus qu'en toute autre manière.

Commendationes quaedam.

4. — Je vous recommande de lire quelques fois *en commun* avec vos Pères l'Instruction que je vous ai donnée avant votre départ (7), et à laquelle je n'ai rien à ajouter, si non que tous se gardent bien de former leur jugement sur les choses du pays, où ils se trouvent, dès le premier abord; il faut du temps pour pouvoir juger avec connaissance de cause en bien ou en mal; et surtout il faut être réservé à manifester son sentiment de désapprobation à des externes en paroles, et plus encore par lettres. Je recommande grande modération pour les lettres non nécessaires (car les frais sont énormes), et quand on veut écrire, il est clair que c'est à Vous comme Supérieur de les revoir selon la règle, sauf le cas où quelqu'un voulût m'écrire à moi ou à quelqu'un des PP. Assistants, cela va sans dire. Au reste, comme c'est à Vous d'expédier les lettres de tous, cela suffit pourque rien ne se fasse qui pût être inconvenable ou imprudent.

« Omnibus Patribus et Fratribus commendo intimam in-
« ter se unionem et caritatem, et in caritate patientiam, et
« in patientia gaudium apprecor et hilaritatem spiritus in
« Spiritu Sancto. D. O. M. benedicat omnibus ac singulis, quos

---

(5) *I Cor.*, I, 29.

(6) Agebatur de P. THADDAEO KUCZYNSKI, Polono, n. an. 1769, ingr. 1793, qui diu adhuc adlaboravit in illis insulis et obiit in insula Tinos d. 22 Iulii 1856. Cf. infra, epist. seq.

(7) Vide supra, epist. DXXXIV.

« omnes saluto et arctissime amplector in Domino. — Optimum « Patrem Franco, quem, spero, iam inveneritis, tibi, Pater « Superior, valde commendo, et vos illi. — Expecto notitias « de vestris istic rebus, quae utinam brevi ad me perferantur ».

De brevitate in commercio epistolari cum externis.

5. — J'ecris aussi à Mr degli Oddi. — Il a été charmé de votre lettre de remerciements à lui, il m'en parle dans la sienne, et il en a envoyé copie au Délégat Apostolique à Ancone, ainsi qu'à S. Em. le Card. Albani. Ce dernier m'a communiqué cette longue lettre de remerciement du P. Henry, et moi je n'ai pu m'empêcher de dire: *in multiloquio non deerit peccatum*, c. à d. manquement, faute, non pas péché. En effet, mon bon Père, Vous l'avez écrite *trop bien:* je veux dire, que vous y avez étudié trop, il y a des expressions trop hyperboliques (passe pour un Missionnaire Asiatique!), et puis il y est parlé des peines d'une navigation de quelques jours comme de grandes choses: ce qui est trop peu Jésuitique et Apostolique. Mais c'est ce qui arrive, quand on veut faire parade! Au reste, mon cher Père, il n'y a pas grand mal à tout cela. Mais dorénavant, à *moi*, oui, écrivez de *longues* lettres; et en écrivant des lettres de compliments, ou d'affaires même, à des personnes externes, ayez pour principe d'être *court*, autant que bien se pourra, et évitez toute espèce d'affectation.

Salutationes.

6. — Adieu, mon bon et très cher Père. Je n'ai pas à Vous donner de pénitence; Vous en avez assez, en prenant ce que Vous trouvez par bénéfice du Seigneur. Conservez votre santé et votre gaieté, et conservez l'une et l'autre à vos PP. et FF. Compagnons et souvenez-Vous devant Dieu de votre serviteur en J. C. etc.

Rom. I, 45 sqq.

DXXXVII.

Ad R. P. Thaddaeum Kuczynski (1).

[*Tinos*].

1. *De schola puerorum gratulatur.* — 2. *Caritas fraterna et vere patiens valde commendatur.* — 3. *Immo examine particulari exercenda est.* — 4. *Et humilitatem ut fundamentum necessarium habet.* — 5. *Cum qua caritate omnia, sine ipsa nihil!* — 6. *Ultima consilia.*

Roma, 2 Martii 1831.

Accepi litteras R^{ae}. V^{ae}. tum eas, quas per P. Franco ad me miserat (2), tum quas ultimis Decembris datas, Liburno cursor ordinarius nuper huc pertulit.

(1) P. Thaddaeus Kuczynski, *Prov. Siculae* (1769-1793-1856), inter primos fuit, qui post Societatem Iesu universim restitutam, anno 1830 a P. Roothaan in Missionem Archipelagi Maris Aegei missi sunt: cf. epist. DXXXIV et DXXXVI. In insula Tinos ad extremam usque senectutem strenue et magno cum fructu operatus est et optimam sui memoriam reliquit apud omnes: cf. Romano, 236 sqq.

(2) Cf. epist. DXXXV, not. 5.

De schola puerorum gratulatur.

1. — Gratulor multum de schola puerorum bene ordinata. Deus porro benedicat R^ae^. V^ae^. et pueris istis! *Sinite parvulos venire ad me* (3). Egregia est ista Missio, et zelo suo dignissima, non minus quam illa olim Lotavorum (4); et, si nunc istic uberior patientiae labor, erit etiam fructus meritorum copiosior; neque de fructu animarum dubitet R^a^. V^a^., quem saepissime Deus operatur, nobis etiam insciis, sed operatur tamen, in praemium laborum nostrorum ac patientiae, modo fortasse ac ratione quam nos *nescimus modo, sciemus autem postea* (5). Sit in omnibus Deus benedictus in saecula!

Caritas fraterna et vere patiens valde commendatur.

2. — Doleo vehementer quod non ita inter vos conveniat, quod non ita caritatis intimae ac fiducialis vinculo uniti sitis, ut oportet, inter homines eiusdem vocationis ac nominis, ac spei eiusdem. Quam grave hoc mihi sit, dicere non possum. Sed quanto gravius vobis; qui, tam procul a nobis ceterisque Nostris degentes, si fraterna caritate non sitis intime coniuncti, caretis scilicet eo praesidio, quod maxime solari vos atque erigere et exhilarare inter labores ac difficultates possit. Equidem scripsi pridem hac de re ad P. Superiorem Henry (6), eumque meas illas literas accepisse scio, et sperabam certe meliorem illius meae epistolae fructum. Scribo etiam nunc, et ad illum, et ad P. Queralt (7) — et mitto cum Patre Franco alterum, R^ae^. V^ae^. notum et amicum, P. Dominicum Osmolowski (8). — Sed, nisi omnes ac singuli vos toto corde totisque humeris supponatis Apostoli praecepto: *Alter alterius nera portate* (9), umquam illa beata pace perfruemini, quae tantopere necessaria est, et propter vos ipsos, et propter animas, ad quas iuvandas incumbitis, et propter Societatem, cuius etiam bonum nomen vobis esse cordi debet. Ego certe existimo, ubi plures inter se dissident, neminem fere vacare culpa; plus minus omnes in partem veniunt huius mali: — hic praebebit offensionis causam, ille dissimulare nescit; — hic proprio iudicio, propriae voluntati adhaerebit, fortasse in nugis; ille non compatitur; — defectus alienos acrius observamus ac severius iudicamus, ac nostros proprios non attendimus; — aliquis interdum zelo se ac boni melioris studio duci

(3) *Marc.*, X, 14.

(4) *Lotavos* P. Roothaan, forma polonica, incolas Lettoniae appellat, quos nos potius *Lettones* vocaremus, inter quos P. Kuczynski diu impigreque Missionarium egerat: cf. Zalewski, *Jesuici w Polsce*, Kraków, 1906, vol. V, pp. 385-387, 1147.

(5) *Ioan.*, XIII, 7.

(6) P. Aegidius Henry; cf. epistolas proxime praecedentes.

(7) P. Ferdinandus Queralt seu Querald, *Prov. Siculae* (1798-1818-1888), tertius inter primos fuit, qui cum P. Henry Superiore, P. Kuczynski et duobus Fratribus Coadiutoribus anno 1830 Missionem Insularum Aegaei instaurabant: cf. Otto, 121. Vide epist. seq.

(8) P. Dominicus Osmolowski, *Prov. Romanae* (1799-1816-1851). Patre Franco (cf. epist. seq.) anno 1838 in Siciliam revertente, P. Osmolowski Missionis Superior renuntiatus est, eoque munere est functus ad mortem usque. De eius laboribus eorumque fructibus, cf. Romano, 224-235.

(9) *Gal.*, VI, 2.

putat, nec advertit, zelum istum, si amarus est et caritati parum conformis, facile magis Deo displicere quam fratris imperfectiones illas, ob quas zelus ille amarus concipitur. In summa, nisi unusquisque vestrum libenter cedat alteri aliquid etiam in bono, nisi invicem compatiamini, non poteritis illam caritatem habere, quae inter cetera epitheta *patiens* primo loco vocatur ab Apostolo ([10]).

3. — Vellem omnes vos ope examinis particularis, studio impenso, hosti isti vestro, mutuae, inquam, displicentiae ac diffidentiae, quam daemon, vestro bono et fructui animarum invidens, inter vos invexit, bellum indicere, inquirendo accurate, et extirpando: — Immo examine particulari exercenda est.

Actiones, Verba, Cogitationes,	quae quoquomodo paci, concordiae, caritati adversentur.

4. — Iuvabit vero prae ceteris vera humilitas, praesertim intellecta bene ex illa Thomae a Kempis sententia: *nihil te profecisse scias, nisi* OMNIBUS *inferiorem te esse* SENTIAS ([11]). Hic non de aliqua actione externae humiliationis agitur, non de piis humilitatis desideriis, sed de intima persuasione propriae vilitatis — OMNIBUS *inferiores nos esse sentiamus,* etiam illis, quorum interdum imperfectiones non possumus non videre — quam persuasionem intimam si non inveniamus in nobis, SCIAMUS, — non dicit: *putemus, existimemus* humiliter, sed SCIAMUS, NIHIL, NIHIL plane adhuc nos *profecisse.* — Et humilitatem ut fundamentum necessarium habet.

O mi Pater carissime! Quam facile esset, caritatem habere et servare, si hac vera humilitate praediti essemus! Quam cito cessarent querelarum causae?

Addio, mio carissimo Padre! L'abbraccio strettamente in ispirito, dandoLe il buon viaggio *ad maiorem Dei gloriam, in portum voluntatis Eius,* e sono in unione de' SS. SS. SS. etc.

Mission. I, 99 sq.

(2) De Exercitiis Florentiae datis, antequam in Syriam profectus est, cf. P. Galletti S. I.: *Memorie storiche intorno al P. Luigi Ricasoli,* Prato 1901, pp. 204-218.

(3) *Luc.,* VIII, 11.

(4) Cf. *Luc.,* V, 8.

(5) Nihil saepius, nihil magis suis Missionariis P. Roothaan commendare solebat quam amorem crucis (cf. Otto, pp. 525-526).

DXLVII.

AD R. P. PAULUM RICCADONNA (1),
Superiorem Missionis.

Syria.

1. *Vera spiritualitas est moderata, discreta, humilis nec media externa negligit.* — 2. *Laudat P. Ryłło eiusque reditum in Syriam annuntiat.*

Roma, 18 Marzo 1839.

Vera spiritualitas est moderata, discreta, humilis nec media externa negligit.

Dacchè il P. Ryłło sta qui (2), più di rado ho scritto a V. R., facendolo egli abbastanza spesso, anche per me. Questa volta però, ricevute le Sue carissime del 1° Gennaio e dei 10 Febbraio, non voglio tralasciare di scriverLe anch'io stesso.

1. — Le due suddette Sue mi hanno consolato molto, e ne ho ringraziato il Signore di tutto cuore. Sia Egli benedetto! — Una sola cosa devo rilevare, nella quale credo sia necessario che V. R. si moderi, si mortifichi, come già fa, ma in questa si moderi ancora di più — ed è il troppo ardore, il quale, benchè santo e tutto spirituale, può nondimeno esser di vero danno, eziandio spirituale, tanto Suo, quanto altrui. — *Suo: noli esse iustus nimis* (3). La troppa spiritualità può esserLe d'impedimento a beni maggiori, specialmente nella sua posizione, ed alcune cosette, indicate nella Sua del 1° Gennaio m'ispirarono per questa parte qualche timore. — *Altrui:* perchè nè il troppo affezionarci a persone più spirituali e tendenti alla perfezione è sempre utile a tali persone, e molto più è sempre dannoso in un Suo pari il poco affezionarsi alle povere anime più bisognose. Un par Suo deve sempre ricordarsi di N. S. e del detto suo: *Non veni vocare iustos, sed peccatores* (4). — Dunque, Padre carissimo, *discrezione, discrezione,* e ancora *discrezione!* Si ricordi, poichè meritamente tanto stima ed ama lo spirito di S. Ignazio, [che] questo nostro S. Padre aveva per virtù sua caratteristica la *discrezione,* e la *osserverà* nelle Costituzioni, ove c'invita, sì, e ci anima, e ci spinge al più sublime nella perfezione etc., ma continuamente ripete allora: *quantum fieri potest,* o *pro mensura gratiae — et sanctae discretionis,* e simili. E così nell'aureo Libro degli Esercizi, somma altezza di perfezione, accompagnata sempre con ammirabile discrezione. — A questa appartiene pure,

(1) Cf. epist. CCCVIII, DXLII, DXLIII, DXLV.

(2) P. Ryllo (cf. epist. praeced.) Romam redierat exeunte Decembri 1837, ut referret de sua et Patris Riccadonna missionem in Chaldaeam, de qua in epist. DXLV: cf. JULLIEN, I, 98. — De eius reditu de Syriam etc., cf. epist. seq.

(3) Cf. *Eccle.,* VII, 17: « Noli esse iustus *multum* ».

(4) *Luc.,* V, 32.

il non volere tutti del medesimo spirito e per la medesima via, chè *Spiritus Sanctus unus* bensì, ma *multiplex* insieme, secondo la tanta diversità de' caratteri naturali, i quali sono anche da Dio, e nessuno deve pensare il suo spirito e carattere esser migliore dell'altrui. — Si guardi poi dal mostrare a coteste anime, che dice tanto illuminate e tendenti alla perfezione, si guardi, dico, dal mostrar loro quella sua stima ed amore — che ciò probabilmente a loro medesime riuscirebbe di danno — anzi, in questo stesso interno stimare ed amare vada cauto, ed anzi lo corregga col pensiero degli occulti giudizi di Dio, il quale solo vede nel fondo dei cuori, ove pure sta nascosta la vera santità, della quale perciò noi altri non siamo giudici. Predichi sempre a tali l'umiltà, e nell'umiltà le aiuti per parte sua con una direzione severa anzi che no, e cauta: — *probate spiritus* (5); — e questo *probare* comincia necessariamente dal *dubitare*, poichè se non si dubita, il provare diventa impossibile — e sono pur troppo frequenti e reali i pericoli di *illusione*. — Finalmente *spirito interno*, sì, ma non per questo disprezziamo le cose esterne, in quanto sono mezzi: *media ad finem*, è una delle principali massime del N. S. P. [Ignazio], il quale e così si fidava di Dio e metteva la cura principale nell'*interno*, come se non mettesse verun mezzo esterno; ed insieme metteva i *mezzi esterni*, con tanta cura, come se nulla sperasse altrove. — Son persuaso che V. R. non si dimentichi di questa e simili massime; ma ho voluto pure ricordargliele, e perchè l'ho creduto non inutile, e perchè le Sue lettere mi ci diedero occasione, e finalmente perchè Le voglio molto bene.

Laudat P. Ryłło eiusque reditum in Syriam annuntiat.

2. — Il P. Ryłło, che ha fatto e fa del gran bene nelle anime in questa sua dimora qui (chè veramente opera in lui e con lui il Signore), fra poco ritornerà in Levante (6). In lui, a dir vero, abbiam dato a cotesta Missione uno che vale per quattro. Iddio benedetto lo conservi lungamente, insieme con V. R. e coi compagni presenti e futuri *in salutem plurimorum*.

Tante cose da mia parte a cotesti Padri e al F. Henze. — *Dominus vobiscum!* — A' SS. SS. SS. molto mi raccomando.

Mission. I, 216 sq.

---

(5) *I Ioan.*, IV, 1.
(6) Cf. epist. seq.

DXLVIII.

AD R. P. MAXIMILIANUM RYŁŁO (1).

Malta.

1. *Consilia pro itinere.* — 2. *Minus placet, quod P. Ryłło se pictura exprimi passus sit.* — 3. *Prudentia in mediis adhibendis commendatur.*

Roma, 13 Giugno 1839.

1. — EccoLe il P. Hecht col Fr. Turani, secondo il concertato prima della partenza di V. R. (2). Le raccomando, che li indirizzi bene, perchè possano proseguire il loro viaggio senza intoppi. — Sarà bene, che V. R. dica qualche cosa al P. Hecht, per animarlo, perchè so, sebbene non l'abbia detto a me, ch'egli dubita che V. R. non sia contenta di lui, perchè non ha quasi mai parlato con lui della Missione. *Consilia pro itinere.*

Qui dentro troverà alcune lettere pei Nostri dell'Arcipelago (3). V. R. le rimetta pur tutte a' Nostri di Syra. — Se mai vedesse il Vescovo Mgr. Blancis, e ne trovi il destro, dica qualche cosa delle Scuole colà. Ci abbiamo mandato due Padri per le Scuole, e ciò ad istanza di quel buon Vescovo — e poi... nulla se ne fa, o quasi nulla, finora.

2. — Dopo la partenza di V. R., mi venne mostrato il suo ritratto, in vestito turco, dipinto dal Podesti! (4) Ho poi saputo l'occasione, nella quale V. R. ci ha consentito; ma *Minus placet, quod P. Ryłło se pictura exprimi passus sit.*

---

(1) Cf. epistolas proxime praecedentes.

(2) P. Ryłło, Superior totius Missionis Societatis in Syria constitutus, secundum iter per Melitam insulam et Constantinopolim in Orientem coepit, una cum Delegato Apostolico RR. DD. FRANCISCO VILARDELL, amicissimo Societatis, atque P. FRIDERICO HECHT, *Prov. Germaniae Superioris* (1798-1821-1839), qui, paulo post adventum suum in Missionem, exeunte illo ipso anno 1839 mortuus est, et Fratre Coad. DOMINICO TURANI, *Prov. Romanae* (1797-1815-1876). Fructus mirabiles, quos missio popularis in Melita insula et Constantinopoli durante itinere a P. Ryłło praedicata produxit, RR. DD. Vilardell summis laudibus ornavit (cf. JULLIEN, I, pp. 119-120).

(3) De Missione Societatis in *Archipelago Aegei* cf. epist. DXXXIV-DXLI.

(4) P. Ryłło exeunte anno 1837 ex Chaldaea Romam reversus, ab insigni pictore Romano FRANCISCO PODESTI (1800-1895) rogatus est, ut se tamquam exemplar pro tabula « *Iudicium Salomonis* » appellata, quam iussu Regis Sardiniae tunc pingendam curabat, vestimento suo orientali indutum exhiberet. P. Ryłło assensum praebuit, dummodo tamen Podesti imaginem B. M. Virginis pro ecclesia novae stationis in oppido Bikfaya Montis Libani pingeret. Atque ita Bikfaya habuit pulchram suam imaginem « Notre-Dame de la Delivrance », qua ille pagus effectus est Sanctuarium notum in toto Libano, ad quod undique gentes accurrunt, earumque fides saepe plurimis et magnis beneficiis remuneratur. Cf. JULLIEN, I, 205-214. Imaginem Patris Ryłło vestibus orientalibus induti videsis in PIRRI, *G. Roothaan*, inter pagg. 224-225.

pure...? Sappia, che al mio fratello che due volte mi mandò un pittore, perchè mi lasciassi prendere il mio ritratto, io l'ho ricusato, e ho detto si cessasse d'importunarmi più (5). — Temo poi che se ne facciano delle copie, nè veggo quanto possa ciò convenire. Almeno potrà aver qualche aria di vanità. Io spero bene che V. R. saprà difendersi dagli effetti di tale sciocchezza; chè veramente troppo si perderebbe, se tanti travagli finissero in fumo di vano favore umano. Grandi sono i doni del Signore, Padre mio carissimo, doni dati perchè Iddio venga in Lei e per Lei glorificato, e non per altro; spero che non perderà mai di vista questo fine unico, e che la divina Bontà voglia preservarla, *ne declinet neque ad dexteram, neque ad sinistram.*

Preghiamo, preghiamo, preghiamo.

Spero mi darà qualche notizia degli Esercizi dati in Malta e di altre cose sue. Scriva.

Prudentia in mediis adhibendis commendatur.

3. — Ancora una cosa e poi La lascio. Temo qualche volta che non sia troppo franco nell'ammettere i mezzi al fine, cioè nel credere che il fine santo santifica il mezzo... Va bene trattandosi di mezzi indifferenti e non proibiti, come nel fondamento (6); ma... sempre [bisogna considerare] *an liceat, an deceat, an expediat.* Al P. Hecht venne il Rescritto di esercitare la Medicina e Chirurgia, ma è ristretta la facoltà.

Basta! il Signore La conservi etc.

P. S. - Torno dall'Udienza del S. Padre. Sua Santità non crede di dare *in iscritto* la facoltà di celebrare a mezza notte, ma a voce, a due ore dopo mezza notte, [lo concede] senza difficoltà; e quel di più, secondo le circostanze, alla coscienza di V. R.

Mission. I, 231 sq.

---

(5) Notandum est P. Roothaan, qui depingi semper recusavit, quando hanc epistolam scribebat, se inscio, dum in sacello Domus Professae *Al Gesù* post Missam gratiarum actionem instituebat, iam depictum esse et quidem a clarissimo pictore austriaco Eduardo von Steinle (id circa annos 1829-1833 factum est), quae imago hodie Romae in Curia Generalicia S. I. asservatur: cf. Otto, p. VII, nota; item Pirri, 484-485, 490 505 sq.

(6) Id est: ut docetur in « Fundamento » Exercitiorum S. Ignatii.

DIL.

Ad R. P. Maximilianum Ryłło (1).
Superiorem Missionis.

Monte Libano.

1. « *Quaestio orientalis* », *quae Missionem in magnum periculum vocavit, summam prudentiam postulat.* — 2. *Neque in unam neque in alteram partem inclinandum.* — 3. *Salutationes et nuntii varii.*

Roma, 12 Settembre 1840.

La mia ultima a V. R. era del 13 Agosto. — Ho ricevute le Sue carissime del 23 e 24 Luglio, e ieri quella del 16 Agosto con entrovi due letterine del P. Riccadonna.

« Quaestio orientalis », quae Missionem in magnum periculum vocavit, summam prudentiam postulat.

1. — Mentre non abbiamo che da ringraziare il Signore, *qui vos eripuit et in quo speramus, quoniam et adhuc eripiet* (2), — vedendo le circostanze assai complicate di coteste parti, Le scrivo per prevenirla, *ad abundantiam,* circa la prudenza ed il riserbo di cui c'è bisogno pei Nostri costì in un frangente sì pericoloso da ogni parte (3). Come la Chiesa, così anche noi, non abbiamo, nè possiamo aver altro desiderio, se non che l'opera di Dio si possa proseguire a gloria sua. — Ora, cotesto paese si trova l'oggetto di fiera lotta, e si verrà, pare, a decidere per la forza, se abbia ad essere sotto la dominazione del Vice-Re d'Egitto, o se abbia da tornare sotto i Turchi. — Qual delle due sia per essere la migliore per la religione, chi sa? — Ma quel che è il più serio in questa faccenda, si è, che la potenza Europea, ch'era sempre la principale proteggitrice del Cattolicismo in Levante, cioè, la Francia, si trova d'accordo cogli Egiziani, mentre i Turchi sono appoggiati dalle altre potenze, specialmente dalla Russia. Per chi non vede altro che il bene della religione, come noi altri, cui di tutto il resto poco o nulla importa, quanto è difficile il formare anche [solo] de' desideri più per l'una che per l'altra parte de' litiganti o combattenti! — Forse, per la Religione cattolica sarebbe meglio disposto il Governo turco, come è al presente, che non l'Egiziano, tanto inasprito adesso per le cose passate in questi ultimi mesi? Ma, dall'altra parte, se la Francia perdesse costì la sua influenza; se invece, come sarebbe troppo naturale, vincendo i Turchi, in questa

(1) Cf. epistolas praecedentes.
(2) Cf. *II Cor.*, I, 10.
(3) Cum Mehemed Ali, Dux (Pacha) Aegypti, annis 1831-1841 Sultanum Constantinopolitanum debellaret et totam Syriam gladio expugnaret, regna Europaea in diversa castra abierunt. Inde difficillima positio Missionis catholicae orta est (cf. Otto, pp. 142-145).

influenza succedesse la Russia alla Francia, che cosa mai potrebbe sperarsi pel Cattolicismo?

Neque in unam neque in alteram partem inclinandum.

2. — Ecco i pensieri, che mi tengono molto sollecito, e che mi sembrano esigere da noi, che restiamo del tutto sospesi, finalmente ne' desideri nostri, non potendosi con qualche certezza prevedere, da qual parte sia per venire il maggior bene. — Dunque, anche V. R., come nei desideri, così e molto più nel parlare, si tenga con ogni cautela e senza uscire da quel mezzo, veramente *giusto*, che a noi tali affari conviene; e preghiamo soltanto il Signore, *cuius providentia in sui dispositione non fallitur, ut noxia cuncta submoveat, et omnia profutura concedat* (4).

Salutationes et nuntii varii.

3. — Mi saluti caramente i suoi compagni, Padri e Fratelli e che *molto confidino nella divina Provvidenza, sempre giusta, sempre santa, e sempre amabile. Nolite timere.*

Per Algeri (5) mi par sempre meglio che venga il P. Planchet, che non il P. Riccadonna. Già pel progettato Collegio (6) sarebbe tutt'uno. — Ma il P. Riccadonna, ormai conosciuto nella Caldea, *se mai...* sarebbe più necessario in coteste parti.

Ai SS. SS. SS. molto mi raccomando ecc.

Mission. II, 1 sqq.

DL.

Ad R. P. Maximilianum Ryłło (1),
Superiorem Missionis.

Beirut.

1. *Difficultates contra P. Ryłło et eius Collegium ortae sunt.* — 2. *De protectione Galliae minus prudenter invocata.* — 3. *Admonet ipsum de administratione rerum temporalium et de modo se gerendi in officio Superioris.*

Roma, 10 Maggio 1841.

Ho ricevuto la Sua carissima del 19 Marzo, giunta a questo Signore Console Generale di Sardegna il 3 corrente, e tosto rimessami da questo ottimo Signore.

(4) *Missale Rom.:* Orat. Dominicae VII post Pent.

(5) Cum RR. DD. Dupuch, primus Episcopus Algeriae anno 1830 Galliae subiectae, missionarios Societatis in auxilium vocaret, ipse et P. Roothaan vehementer desiderarunt, ut Patres non solum curam spiritualem inter colonos Europaeos susciperent, sed quam primum opus conversionis Arabum inciperent. Qua de causa P. Planchet, qui linguae arabicae peritissimus erat, e Syria avocatus est. Nunquam vero in Algeriam ingressus est, quia Gubernium Gallicum missionem inter tribus indigenas prohibuit (Otto, pp. 195-210).

(6) Agitur de « *Collegio Centrali Asiatico* » a P. Ryllo excogitato, cuius erectio principalis causa fuit, cur ipse anno 1839 in Syriam ut Superior Missionis remissus esset: cf. supra, epist. DXLV, not. 3.

(1) Cf. epist. CCCVIII, DXLV, DXLVI, DXLVIII, DIL.

Da questa sua vedo che finalmente Le è giunta qualche mia lettera; ma non mi dice V. R. quale, e l'ultima mia era del 28 Febbraio.

Difficultates contra P. Ryllo et eius Collegium ortae sunt.

1. — Sebbene speri di veder fra poco il P. Planchet ([2]), nondimeno m'affretto di scriverLe, poichè del gran *mal umore* si scorge nella Francia contro V. R. ([3]) e contro il Collegio stesso ([4]). Il Sig. Ambasciatore qui ha fatto già più reclami presso la Propaganda e ultimamente « perchè V. R. si sia servito dell'Ambasciatore Inglese in Costantinopoli, per ottenere (non so che fabbricato) dalla Porta in Beyrouth! Sicchè, decisamente, *il P. Ryłło è tutto del partito opposto alla Francia!* etc. etc. » — Io non so combinare tutto quello che si è sparso sul conto di V. R. con quei sentimenti di perfetta neutralità, che Ella dimostra in questa Sua del 19 Marzo, e che pur io Le aveva tante volte raccomandata in tante lettere da Lei forse non ricevute. — Sappia che parecchi sono d'avviso, che il P. Ryłło si è così compromesso nelle vicende passate, secondando il suo zelo oltre a' termini della sua vocazione religiosa, che non possa più sperarsi riuscita nel progetto suo riguardo a cotesto Collegio. — Io per me sono al buio. Non so che credere. Temo ci sia pur qualche cosa. Ma ciò che a me sembra soprattutto probabile, si è, che, appunto come ne' secoli passati, ogni bene in coteste parti è stato sempre impedito per le gelosie de' Principi Europei, così sia per accadere anche adesso, e che in ultima analisi tutti i buoni progetti, di Collegio Asiatico, di civilizzazione, ecc. saranno bei castelli in aria. Forse vedo troppo nero, forse spiego io per me troppo crudamente ciò che si predice dal

---

([2]) Revocatus erat ex Syria pro Algeria (cf. epist. praeced. not. 5). — P. Planchet (cf. epist. DXLII et DXLIV), re infecta quod ad Algeriam, in Syriam mox rediit, Superior Missionis renuntiatus; ac dein fuit Archiepiscopus et Delegatus Apostolicus, ut supra diximus.

([3]) P. Ryłło, qui illo tempore turbulento Berythi, ubi Turcae eorumque socii Europaei dominaverunt, habitabat et vices Delegati Apostolici in Chaldaeam profecti ad tempus gerebat, magis in partem Sultani, legitimi Domini huius regionis, propensus erat. Inde pars inimica, Aegyptii et Galli, incredibiles rumores et accusationes ubique sparserunt: eum ineunte vere anni 1840 incolas Montis Libani, praesertim Maronitas, ad seditionem contra Mehemed Alì incitavisse, ita ut iam mercedem mortis eius promitterent. Rumores falsissimos fuisse P. Roothaan testatus est: Patrem Ryllo tantum incolas adhortatum esse, ut contra horribiles et detestabiles atrocitates Aegyptiorum armis se defenderent: quo pro consilio eum non vituperio dignum, sed ab ipso Summo Pontifice Gregorio XVI laudatum esse. Ut vero omnibus rumoribus et difficultatibus inde ortis finis imponeretur, P. Ryłło a P. Roothaan in Italiam revocatus est, indeque, post brevem rectoratum Collegii Urbani de Propaganda Fide, in Africam missus, immaturam mortem (annos 46 natus) obiit, eumque ingenti veneratione catholici item et acatholici prosecuti sunt: cf. Otto, pp. 152-153.

([4]) Agitur de noto illo « *Collegio Centrali Asiatico* », quod P. Ryłło Berythi erigere conabatur. Gubernium autem Constantinopolitanum permissionem negavit. Fretus amicitia sua Turcarum et Anglorum, adiuvante Legato Britannico, hanc permissionem adipisci tentavit. Gubernium Galliae, duce Ministro Guizot, etiam sequentibus annis contra illud Collegium aperiendum - non tantum Berythi, sed in toto Monte Libano - acerrime restitit ita ut Collegium interim solummodo tamquam Seminarium clericale in oppido Ghazir erigi potuerit (Otto, pp. 152-154, 181-187).

profeta Zaccaria cap. 5 in fine. Ma sarebbe oltremodo cosa dolorosa, se qualche imprudenza di un Nostro potesse aver dato qualche occasione, onde anche si prenda *pretesto* per incolpar la Compagnia, giacchè tale è il nostro privilegio.

Del resto, V. R. come non mi dice quale sia la mia lettera da Lei ricevuta, così non risponde a nessuno di quei tanti punti, sui quali replicate volte domandava risposta o notizie. Vegga, per amor del Signore, di scrivermi con tenere avanti agli occhi le mie lettere. *Ordine, ordine, ordine.*

Ella vede bene, che nelle presenti circostanze, io non potrei risolvermi a mandar costà altri soggetti: bisogna prima di tutto sapere, se vi sia speranza e quale probabilità di riuscire a fare il bene.

Mi saluti caramente tutti i Suoi e mi tenga presente ne' SS. SS. SS. ecc.

De protectione Galliae minus prudenter invocata.

2. — *P. S.* - 11 maggio 1841. Dopo scritta la mia di ieri, eccomi giungere il Sig. Bertou (che l'Ambasciatore di Francia qui ha detto a Propaganda che egli non è nè Conte, nè B[arone]!).

Quest'ottimo Signore mi ha recato l'altra Sua del 24 Marzo. Cosa sia per fare in Francia il Sig. Bertou, io non lo so; chè, da quanto qui si è inteso, non è mica persona grata a quel Governo — e poi... come cotesto affare della Compagnia può aiutarsi da qualunque Governo, senza che se ne ingelosisca un altro? La Compagnia è stata incaricata dal *Santo Padre* e dalla *Sacra Congregazione* dell'opera di cotesto Collegio; ad essi tocca, e non a noi, cercar protezione perchè riesca, se ve n'è di bisogno. Per noi altri, ovunque ci rivolgiamo, non possiamo che urtare, o di qua o di là.

Volesse Iddio, che V. R. non si fosse compromessa col cercar tali protezioni, il che ha punto terribilmente — nè so come finirà. Anche il Sig. Bertou, tuttochè difensore di V. R., non lascia di farlo intendere abbastanza. — Ed io temo che ciò, che Ella crede doverci rimediare, produca un effetto contrario. Basta. Il Signore ce la mandi buona!

Admonet P. Ryllo de administratione rerum temporalium et de modo se gerendi in officio Superioris.

3. — Dove poi io abbia da prendere del denaro per quel Signore, se me ne domandi, nol so! — Dall'assegno di quest'anno? Dov'è quest'assegno? — Noi qui abbiamo già dall'anno scorso rimesso 500 scudi per cotesta Missione. — E V. R. non ci fa mai nulla sapere del come si spenda il denaro (5). — Va bene che il denaro si disprezzi per ispirito

(5) P. Roothaan, qui Patrem Ryłło tanti faciebat quod ad cetera, semper valde sollicitus fuit quod ad eius nimiam «liberalitatem». Etiam dum, anno 1847, in eo erat ut Pro-Vicarius Apostolicus mitteretur in Africam, die 2 Maii 1847 ei scribebat: » ... Cerco chi possa esserLe mandato compagno uno dei Nostri. Se lo trovo, lo manderò, e sarà da mia parte *Angelo Custode* visibile per tutto ciò che riguarda spesa. Chè, molti doni ha dato il Signore al P. Ryłło: che meraviglia se non gli ha dato quello di amministratore economico! Non suole Egli dare tutto ad un solo» (Mission. II, 323).

di povertà, ma non è spirito di povertà sprecare l'elemosina de' fedeli. — Non so poi, se possano impiegarsi quelle limosine nel viaggio del Sig. Bertou.

Il denaro ricevuto per provvedere Codici, V. R. dica *se non creda di poterci più riuscire,* e allora è chiaro che si deve restituire, e non solo quello ch'era della Vaticana, ma anche quello che diedi io pel Collegio Romano.

V. R. non dice se abbia ricevuto i 30.000 fr. assegno dell'anno scorso. — Ed io, che cuore posso avere col Consiglio di Lione (6) per domandare nuovi assegni?

Padre mio! Io temo assai, che V. R. siasi troppo dissipata, — come sta lo spirito? — Gran fracasso! alla militare! — Ma senza spirito, che si spera di bene?

I suoi Padri e Fratelli sembrano tutti avviliti, pel modo con cui agisce il loro Superiore, tutto fuori, niente dentro — tutto consiglio con gli esterni, niente coi Padri — niuna cura spirituale dei Fratelli — come può andare? — Le critiche circostanze dovrebbero spingere maggiormente a cercare aiuto in Dio, ed invece tutto cogli uomini, e solo cogli uomini? — Quanto tempo è, che non si sono fatti gli Esercizi spirituali?

Per carità! Ricevuta questa, mi risponda, *e con ordine,* e se può, mi tranquillizzi (7).

Mission. II, 29 sqq.

---

(6) Consociationis a Propagatione Fidei, quae tunc Lugduni sedem habebat.

(7) Plurimae aliae epistolae ad hanc, sicut et ad alias Missiones a Patre Roothaan datae, exstant in regestis; sed, ad scopum huius vulgationis, hae quas huc attulimus, speciminis gratia sufficere videntur. — Haec Missio anno 1843 Provinciae Lugdunensi proxime commissa est, et usque in praesens, nunc *Viceprovincia Proximi Orientis* nuncupata, optime floret.

Sectio III.

AD MISSIONEM CALCUTTENSEM

DLI.

Instructio ad Patres Missionis Calcuttensis [1].

Patribus qui ad Missionem Calcuttensem, itemque ad Madurensem [2] *mittuntur, generalia quaedam commendat et praecipit.*

Anno 1833.

Momentum huius Missionis perpendant.

In primis serio recogitetis velim, ac memoria frequenter volvatis, quanti momenti sit ista Missio, quae flagitantibus multis zelo conspicuis viris *Calcuttensibus Catholicis,* ac Summo Pontifice eorum votis prolixo animo annuente, atque ita fieri volenti, Societati committitur; ut existimationi de nobis conceptae atque exspectationi respondeamus. Cumque vos, Patres mei carissimi, primi sitis, qui post restitutam Societatem in istas Indiae Orientalis plagas, olim Patrum nostrorum laboribus feliciter excultas, mittamini; eorum vobis exempla proponite, magnique Xaverii opera imitanda vel certe, spiritum eius apostolicum, caritatem magnanimitatem, patientiam, zelum, prae oculis semper habendum, ac pro modulo vestro sectandum esse statuite. Et quamquam vos optime ad opus Dei animatos non dubito, ac per divinam gratiam ita dispositos, ut absque ulla anxia sollicitudine vobis id muneris, grave sane nec periculis vacuum, committam, pro ea tamen, qua vos caritate complector proque eo, quod mihi incumbit, munere, non possum vos a me dimittere quin aliqua, licet iam satis per se vobis nota et commendata, peculiari etiam modo hac scripta instructione commendem.

In itinere ad Missionem.

1°. In itinere vos Missionis vestrae quoddam veluti tyrocinium facere existimate, ut in eo caritate, patientia, modestia, aedificationis studio, et erga P. Superiorem observantia et

---

[1] Initia huius Missionis breviter complectitur Pirri, 225 sq.; et fusius narrat H. Josson, S. I., *La Mission du Bengale Occidental,* Bruges, 1921, vol. I, pp. 162-191.

[2] Nam haec Instructio communis erat utrique Missioni: de Missione Madurensi cf. infra, epist. DLX-DLXVI.

obedientia vos ipsi probetis, quales ubi ad stationem vestram veneritis, esse vos et apparere omnibus ad Dei gloriam necesse erit; qui primus est vitae apostolicae gradus. Occasionem autem *etiam* in ipso itinere juvandi vectorum animas, si qua se offerat, elabi ne sinatis. Et quoniam plerumque solet iam navigatio commodis ac lautitiis abundare, cavete ne paupertatis et mortificationis amor inter ista detrimenti aliquid capiat. *Scire abundare, et penuriam pati,* apostolicum est; Sed *scire abundare* sine damno spiritus difficillimum esse existimate.

« Quid prodest homini... ? ».

2°. Illud fixum vobis ac ratum sit... [*ut supra, epist. DXXXIV,* numero 3°].

Studium paupertatis.

3°. Paupertatis studium ita coletis, ut quisque piaculum existimet, quodquam ex iis, quae sive *stolae* nomine obvenerint, sive alio quovis nomine a quoquam oblata fuerint, sibi vindicare; qua in re ullam ego cuiquam facultatem concedere nec volo, nec possum. In communi etiam summopere omnem cupiditatis speciem cavebitis.

Castitatis munimen.

4°. Quae ad munimen castitatis in Instituto praescripta sunt.... [*ut supra, epist. DXXXIV,* numero 5°].

Caritas et unio animorum.

5°. Inter vos caritati et unioni servandae summopere studebitis.... [*ut supra, epist. DXLII,* numero 4°].

De modo agendi cum fidelibus.

6°. Erga fideles promptos semper vos et alacres...... [*ut supra, epist. DXXXIV,* numero 8°].

Modus catechizandi.

7°. In instructionibus vestris, et in exhortationibus, eorum, circa quos vestra versabitur opera, *necessitati* consuletis..... [*ut supra, epist. DXLII,* numero 7°].

Discretio in animarum directione.

8°. In animarum directione discretionem vobis commendo maximam.... [*ut supra, epist. DXXXIV,* numero 9°].

Zelus discretione temperandus.

9°. Cavete ne quid agatis zelo imprudenti quo haereticorum aut infidelium odia in vos accendantur, cum periculo ne omnis bene agendi ac fideles juvandi occasio vobis auferatur. Benignitate et comitate animos omnium vobis devincere studete. In suscipiendis operibus zelo, nihil temere, nihil impetu quodam fervoris aggredimini; sed multa cum discretione, consideratis diligenter ante rerum ac personarum adjunctis, neque unquam inconsulto Superiore, quando quidem nonnisi *vir obediens loquetur victorias.* Res politicas, utpote a nostra vocatione prorsus alienas, nullo praetextu attingetis umquam.

Observantia erga Praelatos.

10°. Praelatos aliosque viros Ecclesiasticos, praesertim Ill.mum ac Rev.mum Vicarium Apostolicum Pondicherriensem eiusque Socios, omni observantia coletis.

Spiritum mundanum caveant quam maxime.

11°. Denique, quod licet ultimo loco hic positum, prae omnibus, pro ista Missione, etiam atque commendatum vobis esse cupio, illud est: Quandoquidem ad Civitatem opulentam ac deliciis affluentem mitti vos contingit, omni studio caveatis, ne qua ratione, vel regionis usus, vel consuetudo hominum ibi degentium, spiritum paupertatis et mortificationis qui primus est in Apostolico ministerio gradus, in vobis labefactet. Commercium cum hominibus saecularibus sola ratio sacri ministerii

vel necessitatis aut non fucatae convenientiae definiat. Caveantur familiaritates, caveantur maxime convivia, a quibus abstinere vos, quantumvis invitatos, necesse est, ne magnam non temporis modo sed etiam auctoritatis iacturam faciatis. Nemo aegre feret recusari sibi, quod omnibus recusari a vobis videbit. Excusate status vestri sacerdotalis ac religiosi et occupationum vestrarum rationem; quae si minus fortasse primo statim tempore probabitur, probabitur certe postea, si eo fidentius homines ad vos in spiritualibus suis necessitatibus recurrent, quo vos a vanis ac saecularibus conventibus alieniores esse cognoverint. Vos vero, si vobiscum habitabitis, vitam vivetis vere religiosam, convenienti temporis et occupationum distributione, Christique bonus odor effecti instrumenta vos efficacia divinae gloriae in vastissimo isto campo propagandae praestabitis.

Haec generali forma praecessisse et commendasse sufficiat; cum ad particularia descendere mihi locorum ac personarum ignoranti adiuncta non liceat. Spero quidem per vos accuratius me de omni rerum illic statu edoctum iri, ut, quid maxime vitandum, quid agendum sit, distinctius cognoscam.

Ordinationes etc., 128 sqq.

DLII.

Ad R. P. Robertum St. Leger ([1]).

Paris.

Caritas fraterna profecturos in Indiam comitetur.

Roma, 21 Aprilis 1834.

Caritas fraterna profecturos in Indiam comitetur.

Dum R^a^ V^a^ cum Sociis ad Centum-Cellas (Civita-vecchia) conscendere navim parat, ego paucas lineas ad vos perscribo, quas Parisiis vobis redditum iri spero, ultimas fortasse litteras, quas a me in Europa accipietis.

([1]) Haec epistola et aliae sequentes *negotia fortasse dolorosissima* totius Generalatus P. Roothaan enarrant. Aliquomodo conflictum tragicum inter S. Ignatium et P. Simonem Rodrigues in memoriam revocant. Inde brevis introductio ad sequentes epistolas necessaria esse videtur.

Anno 1834 Sancta Sedes Vicariatum Apostolicum *Bengaliae* in India Orientali instituit eique R. P. Robertum St-Leger (1788-1807-1856), hucusque Vicepraepositum Hiberniae, qui se ipsum simul cum fratre suo Ioanne (1798-1818-1868) pro missione Indica obtulit, Vicarium Apostolicum sine dignitate episcopali praeposuit. Quam in nominationem error aliquis irrepsisse videtur. Nonne fuit contra Institutum S. I.? An illud non prohibet, quominus « dignitates ac praelationes » accipiantur? Attamen RR. DD. Angelus Mai, Secretarius S. Congregationis de P. F., Praeposito Generali insinuasse videtur - saltem P. Roothaan se eius verba ita intellexisse dixit -, quod solummodo de titulo aliquo et de certis facultatibus pro circumstantiis istius

Post *vale* vobis heri dictum, Patres mei dilectissimi, cogitanti mihi, numquid esset, quod commendare extremis verbis omisissem, occurrit unum, quod semper quidem sed in itinere praesertim valde necessarium est, scilicet ut itinerantes meminerint verborum S. Augustini: *dum angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia caritatis.* Vere enim, nisi *spatia caritatis dilatentur,* facile accidit, ut vasa carnis *faciant invicem angustias.* Dilatentur, ergo, dilatentur illa. — Ceterum, licet horum verborum in extremis amplexibus oblitus sim, nullum mihi dubium est, quin eorum sensum vosmetipsi praesentem animis habeatis, et habituros porro confido. Et haec ipsa nunc scribo, non quod id necessarium existimem, sed caritatis meae iterum iterumque vobis testificandae gratia. Neque alia de causa illud etiam adiungo, me, vobis vix extra huius Domus nostrae portam egressis, aperto Thomae a Kempis Libello *de Imitatione Christi,* in locum incidisse, qui cum illa cogitatione, quam supra me volvisse dicebam, mirum in modum congrueret; ultimum scilicet paragraphum cap. XVI Lib. 1., quem ut mihi describere hoc loco non piget, ita nec vos legisse pigebit. Sunt ergo aurea haec verba: « Nunc autem Deus sic ordinavit,

---

Vicariatus necessariis ageretur, non vero de « dignitate et praelatione » in sensu Instituti S. I. intellecta. Inde P. Roothaan assensum praebuit.

Ast iam paulo post adventum in Indiam P. R. St. Leger ad tuendam auctoritatem Vicarii Apostolici, suadentibus quibusdam potentibus laicis Calcuttae, necessarium duxit facultatem quaedam signa externa Praelationis induendi et nonnullas functiones episcopales exercendi, quatenus ordinem episcopalem non requirunt. S. Congregatio libenter concessit. Sed P. Roothaan talia desideria aegre tulit et paulatim et aliis actionibus P. R. St. Leger cognovit Vicarium Apostolicum etiam sine dignitate episcopali veram « dignitatem et praelationem » in sensu ab Instituto S. I. vetito intellectam esse. Rumores iam circumiebant P. Robertum episcopatum pro se ipso desiderare. Ecce dubium: utrum totum negotium non contra ius initum esset. Quid ergo de voto non accipiendi dignitates et praelationes?

Praeterea P. R. St. Leger a P. Roothaan Superior confratrum suorum constitutus erat. Ob difficillimam vero situationem Vicariatus, in quo dolendum « schisma goanum » saeviebat et tota vita christiana per multa decennia tristissime prostrata iacebat, P. R. St. Leger negotiis sui muneris Vicarii Apostolici ita imbutus esse videtur, ut alterum suum officium Superioris regularis fratrum suorum neglexisse diceretur. Inde dissensiones, errores, fastidia, diffidentia inter ipsum et alios Patres oriebantur, ita ut P. Roothaan eum admonere debuerit. Immo, cum P. R. St. Leger portas Collegii St. Francisci Xaverii a Patribus suis Calcuttae instituti, ut alium laborem a S. Congregatione de P. F. enixe desideratum suscipere posset, claudere vellet, P. Roothaan - suadente ipsa S. Congregatione - vi voti sanctae oboedientiae prohibuit, quominus Collegium clauderetur. Alia causa accedit. P. R. St. Leger permisit, ut in Collegio « La Martinière » vocato, ne eius portae pueris catholicis clauderentur neve ita catholici commoda fortunae copiosae a conditore Claudio Martin, centurione maiore (Général-Major) exercitus Anglorum, in suo testamento Collegio adscriptae amitterent, praeter separatam instructionem religiosam catholicam per magistrum catholicum pro alumnis catholicis, etiam aliqua instructio religiosa christiana catholicis et protestantibus communis haberi posset.

Mirum non est, quod P. Roothaan de his omnibus « suum P. Robertum » saepius admonuit. Ast ille omnia monita falso interpretatus esse videtur, ac si P. Roothaan, quasi adversarius factus, eius auctoritatem destrueret eiusque in munus Vicarii Apostolici se interponere vellet. Immo Praepositum Generalem ipsi auctoritati Sanctae Sedis oppositum accusavit. Talia et similia incredibilia in Europam scripsit. Quid porro de quinto voto solemnis professi: audiendi et exsequendi consilia Praepositi Generalis? Nonne praecise haec consilia P. Robertus sinistre accepit? « Le mie lettere » ait P. Roothaan in epistola die 26 Februarii 1838 data ad R. D. Olliffe,

ut discamus alter alterius onera portare: quia nemo sine defectu, nemo sine onere, nemo sibi sufficiens, nemo sibi satis sapiens. Sed oportet nos invicem portare, invicem consolari, pariter adiuvare, instruere, et admonere. Quantae autem virtutis quisque fuerit, melius patet occasione adversitatis. Occasiones namque hominem fragilem non faciunt, sed qualis sit, ostendunt ».

Vale, Pater Roberte dilectissime; valete, Socii carissimi. Dominus vobiscum sit in itinere vestro — *in viam pacis et prosperitatis — ut cum pace, salute, et gaudio perveniatis ad huius vestri itineris terminum — et per omnes viae et vitae huius varietates. Eius semper protegamini auxilio* — agnoscitis pulcherrimos itinerarii sensus, quod in itinere vos quotidie recitare non dubito.

Iterum, iterumque — me etiam in SS. SS. et orationibus vestris Domino commendate.

Mission. 1. 33 sq.

Missionarium Apostolicum Calcuttae, qui P. Robertum excusare conatus est « sono state tutte dettate da amantissimo del P. Roberto e veramente paterno, ha preso egli (P. Robertus) tutto a rovescio ».

Tandem aliquando P. Roothaan omnes epistolas missas receptas S. Congregationi de P. F. transmisit, ut inter ipsum et P. R. St. Leger diiudicaret et hunc in Europam revocaret. S. Congregatio, quae hucusque P. R. St. Leger in munere suo gerendo semper laudavit et primo etiam eius modum procedendi circa Collegium « La Martinière » defendit, regulis huius Collegii transmissis sententiam mutavit. Et quia Calcuttae Episcopum dare voluit et P. R. St. Leger consideratis omnibus circumstantiis pro hac dignitate suscipienda vix aptum putavit, desiderium Praepositi Generalis implevit et revocationem P. R. St. Leger eiusque fratris Ioannis, qui semper partem P. Roberti tenebat et magnum, forte non semper faustum, influxum in fratrem suum habebat, permisit. P. Roothaan paullulo iocose ad RR. DD. Taberd, successorem P. R. St. Leger, scripsit, verbis Domini de Maistre utens: « Il-y-a des gens auxquelles la tête tourne quand ils ont passé la ligne; si ç'a été-là le cas de nos deux voyageurs, il serait bien heureux si maintenant, en repassant deux fois la ligne, leur tête retournait à son état normale ». Ceteroquin illi duo PP. St. Leger eum invenirent eundem, quem ante quattuor annos reliquissent: « di loro amantissimo ed affezionatissimo » (epistola diei 9 Martii 1839).

Et ita factum est. « Ego utrumque Patrem amantissime excepi... Sed iam ista Deo commendanda. Ego certe meos dolores et angores, quos toto fere triennio passus sum eius causa, in Christi Iesu vulnera sacratissima conieci, et eius causa, non mea, dolui, et lubens phantasiae alteratae, quae verus est morbus, omnia tribuere conatus sum, minus bonae voluntati nihil ». His nobilibus verbis ad Viceprovincialem Hiberniae P. Bracken rem enarravit et duos Patres eius benignitati paternae commendavit, ut illis reditum quam facillimum faceret (epistola diei 29 Augusti 1839). Ita duos Patres coram aliis excusavit et, ut ab aliis excusarentur, severe statuit. Iussit, ut Patres in India et Provincialem Angliae et Hiberniae, qui totam rem sciebant, causam revocationis duorum Patrum solam intentionem S. Congregationis de P. F. nominandi Episcopum pro Calcutta coram aliis afferrent et de aliis causis omnino tacerent. Quod in posterum P. Roothaan plenam confidentiam « Patri suo Roberto », suo « alteri Ego » restituerit et P. Robertus hac confidentia dignus fuerit, apparet ex eo, quod P. Roothaan eum iam anno 1841 denuo Praepositum Vice-provinciae Hiberniae nominavit et munus ultra triennium usitatum usque ad annum 1850 extendit. Ita haec res, dolorosissima pro P. Roothaan, tamen occasionem praebuit, ut summa animae eius nobilias eluceret. Fusius secundum fontes totam spinosam quaestionem illustratam invenies apud Otto, pp. 257-259, 264-271. Item cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. II, pp. 447-451, 457 sqq.; - Josson, I, 162-191.

DLIII.

Ad R. P. Robertum St. Leger [1],
Vicarium Apostolicum
et Superiorem Regularem Missionis.

Calcutta.

1. *Gratias agit de nuntiis acceptis.* — 2. *Mortificationis spiritus cordi esse debet tamquam sal Apostolorum.* — 3. *De ambitu facultatis a Sancta Sede concessae.* — 4. *Nonnulla consilia.* — 5. *Informationes accuratas circa alios Patres desiderat et Fratres Coadiutores speciali curae Superioris commendat.*

Roma, 20 Martii 1835.

Gratias agit de nuntiis acceptis.

1. — Accepi R. V. litteras tabellario commissas *in Madras* d.d. 14 Sept. (itemque alteras inde pariter datas). Hae erant ultimae. Omnes autem, quas antea scripserat, suis temporibus acceperam. Hoc dico pro tranquillitate R.ae V.ae, et scribo potissimum nunc hac de causa; nam priusquam ex Calcutta ipsa notitias accipiam, quid nisi nota iam et satis repetita scribere possum?

Ego vero scripsi 12 Iunii litteras responsorias ad Suas pridie eius diei quo navim conscenderet datas. Illas meas R. V., spero, Calcuttae acceperit.

Gratias itaque ago plurimas R.ae V.ae de omnibus notitiis. Noli umquam timere, mi Pater, ne crebriores epistolae fastidium mihi creent. Immo vero, rariores si dantur, doleo et ingemisco.

Sint Domino laudes et gratiae infinitae, qui vos incolumes eo usque deduxit, *in quo speramus quoniam et adhuc deducet* [2], et servabit, et provehet opus non tam vestrum, quam suum suaeque gloriae.

Mortificationis spiritus cordi esse debet tamquam sal Apostolorum.

2. — Navigationis vestrae commoda et lautitiae sane non admodum me solabantur. Sed spero, spiritum mortificationis, qui *salis* instar conservare viros Apostolicos inter rerum abundantiam debet, vos non deseruisse. Etenim *sapientia non invenitur in terra,* in navi, *suaviter viventium* [3]. Et quomodo erimus Apostoli *Christi Crucifixi,* si suaviter vivere delectet? Qua fronte crucem praedicabimus? Quam tamen ni praedicamus, *inanis* foret *praedicatio* nostra. Det ergo Dominus vobis omnibus, ut vere cum Apostolo *sciatis abundare et penuriam pati* [4]. Haec enim scientia in penuria patientiam habere, et etiam gaudere docet, et in abundantia temperantiam servare. Vellem omnes vos, Patres mei dilectissimi, frequenter, immo, si fieri

---

(1) Cf. epist. praeced.
(2) Cf. *II Cor.*, I, 10.
(3) Cf. *Iob.*, XXVIII, 13.
(4) Cf. *Philipp.*, IV, 12.

posset, assidue, in prosperis aeque ac in adversis, prae oculis mentis habere Xaverium eiusque primos illos Socios, et quaenam futura fuissent illorum sensa, et quomodo se gesturi fuissent in similibus circumstantiis, cogitare. Exempla ista domestica sunt, non externa, propinqua sunt, non e longiquo petita. O quanta fierent vel a paucis! Et quanto animarum bono! Quanto sempiternae gloria merito! Oremus, *petamus spiritum bonum, quem daturum Patrem petentibus se Dominus* Iesus asseverat (5).

De ambitu facultatis a Sancta Sede concessae.

3. — Sollicite expecto notitias Calcuttenses. — Dixit mihi Ill.mus Mai (6), Sacram Congregationem expedisse alterum Summi Pontificis Breve (7), quo distincte declaratur, omnem omnino iurisdictionem in Vicarii Apostolici potestate esse, ipsosque etiam Lusitanos nonnisi ab eo obtenta uti deinceps posse, cum alia omnis nulla habenda sit.

Nonnulla consilia.

4. — Itemque, commendatum esse R.ae V.ae ut Missionem quamdam paucorum dierum itinere isthinc distantem inspiciat. — Fac ergo, mi Pater, in D.no, quem in omnibus adfuturum R. V. spero et confido. Meum consilium est, ut, dum abesse R. V. Calcutta cogitur, numquam P.m Ioannem St. Leger comitem secum abducat, sed hunc potius suo loco Superiorem relinquat. Aetas maturior et gradus hoc postulat.

Informationes accuratas circa alios Patres desiderat et Fratres Coadiutores speciali curae Superioris commendat.

5. — De ceteris Patribus, postquam aliquanto tempore isthic morati fueritis, distincte edoceri cupio, idque eo distinctius, quod de eorum gradu agendum erit, quae res in remotis istis Missionibus momenti est gravioris etiam, quam in nostris Europae Provinciis, licet sit semper hoc negotium in Societate gravissimum, et maximae sollicitudinis in Praeposito Generali, qui maturrimo iudicio illud debet decernere (8).

Aliud, quod scribam, non habeo. *Commendo vos Deo et verbo gratiae ipsius* (9); quod quidem nullo non die facio, invisens vos in spiritu. — Memoriam eorum, quae coram, et scripto commendavi, iterum iterumque commendo. Ab ipsis initiis plurimum pendebit omnis successus Divini operis vestri.

SS. SS. me plurimum commendo, et universam Societatem, non parum vexatam; sed ex vexationibus faciet Dominus profectum, dummodo simus veri Ignatii Filii. *Reposita est haec spes mea in sinu meo* (10).

R.m V.m Sociosque amantissime amplector in Domino, et sum etc. etc.

---

(5) Cf. *Luc.*, XI. 13.

(6) ANGELUS MAI, mox Cardinalis futurus, erat tunc Secretarius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

(7) Decretum die 27 Decembris 1834 editum est, quia maior pars cleri indo-lusitani ius patronatus acriter verbo et opere defendentis auctoritatem Vicarii Apostolici recusaverat (OTTO, pp. 262-263).

(8) « *Gradus* », de quo hic agitur, est promotio ad ultima vota sive sollemnia sive simplicia: cf. epist. CCCXXII et CCCCX.

(9) *Act. Ap.*, XX, 32.

(10) *Iob*, XIX, 27.

P. S. - De Fratribus Coadiutoribus parum aut nihil scripsit R. V. — Eorum curam tamen habet, non dubito, nam sine hac non erunt *adiutores*. Illorum etiam spiritus sollicite curandus, et *fratres* se esse intelligant, et sentiant, et tales se praestent, talesque a Nostris habeantur.

Mission. I, 44 sqq.

DLIV.

Ad R. P. Robertum St. Leger (1),
Vicarium Apostolicum.

Calcutta.

1. *Gaudet de felici adventu.* — 2. *Dolet de insignibus episcopalibus petitis, a quibus nostra vocatio abhorrere debet.*

Roma, 2 Maii 1835.

Spero Ram. Vam. ultimas meas accepisse litteras quas 20 Martii Calcuttam misi et quibus ad illas simul respondebam quas 14 Septembris ex Madras scripserat ego vero 16 Feb. acceperam (2). Redditae mihi dein fuerunt 25 Aprilis binae Suae numeris 5 et 6 distinctae, quarum priores, etsi prae se non ferant quo die, mense tamen Octobri scriptas coniicio, posteriores sunt de 12 Novembris 1834.

Gaudet de felici adventu.

1. — Gavisus sum valde et Rae. Vae. multum gratulor de suo, Sociorumque suorum felici adventu, nec minus etiam gratulor de ministeriorum iam utcumque facto initio. Quantum ad difficultates quae statim ab ingressu Societas istic experitur, fateor equidem illas meam non superare expectationem, longe enim graviores fore pertimescebam. Habent illae etiam aliquid solatii, cum plerumque signum esse soleant fructus amplioris postea colligendi.

Dolet de insignibus episcopalibus petitis, a quibus nostra vocatio abhorrere debet.

2. — Unum autem est, quod R. V. insignia (3) admiserit a quibus adeo abhorret et abhorrere debet nostra vocatio. Non est tamen quod vitio id vertam Rae. Vae., quam probe scio animum gerere ab huiusmodi alienissimum; persuasum habeo nonnisi post maturam deliberationem, multaque apud Deum adhibita prece, Ram. Vam. ad tale devenisse consilium; sed sane deplorare debeo ea rerum adiuncta quae ad illuc arripiendum Ram. Vam. quodammodo coegerunt, dolere etiam cum talibus ipsi agendum fuisse hominibus qui existimant externo illo apparatu defendi debere auctoritatem, gen-

(1) Cf. epistolas praecedentes.
(2) Cf. epistolam praecedentem.
(3) Cf. notam 1am ad epist. DLII.

tisque conciliari fiduciam. Nos sane maiorum nostrorum exempla sequendo per alias prorsus vias auctoritatem tueri, populi fiduciam et amorem nobis comparare possumus, idque certiori eventu, minorique cum periculo, si nempe veros nos exhibeamus Dei ministros, religiosae vitae norma, effusa in pauperes et miseros caritate, decora denique et assidua divinorum mysteriorum dispensatione. Quid iam Sacra Congregatio factura sit, ignoro; mihi autem placeret valde si quod necessitate cogente assumpsit R. V., saltem eo nonnisi in quantum absolute necesse est, uteretur, puta in quibusdam sacris, solemnioribusque functionibus, extra illos autem rariores casus numquam; sic enim paulatim in oblivionem abire poterit apparatus, quando solidiori, sanctiorique fundamento erit auctoritas constituta et conciliata hominum fiducia.

Libenter aliquid de Sociis atque etiam ab illis accepissem, sed haec certe iam sunt in via. Interim Ram. Vam. et Socios in Dno. amplector, bono animo esse iubeo, meque in SS. SS. valde commendo.

Mission. I, 46 sq.

DLV.

Ad R. P. Robertum St. Leger [1],
Vicarium Apostolicum.

Calcutta.

1. *Periculum Episcopatus aversum est.* — 2. *Nuntia minus grata de Missionariis accepit.* — 3. *Permagnus splendor externus ad animarum bonum non modo nihil iuvat, sed potius officit plurimum.* — 4. *De vestitu clericali omisso.* — 5. *Cappellanus praesidii Domdom exaggeratum stipendium recipere dicitur.* — 6. *Paupertas religiosa servanda vehementer desideratur.* — 7. *Quis in his omnibus consiliarius fuit?* — 8. *Clarum responsum a singulis missionariis de singulis accusationibus postulat.* — 9. *Meminerit se pridie itineris votum oboedientiae erga Praepositum Generalem sponte et cum lacrymis renovavit.*

Roma, 30 Iunii 1835.

1. — Necdum scio, an ad Rae. Vae. manus pervenerit prima epistola, quam Calcuttam misi, datam d. 12 Iunii anni praeteriti. Scripsi postea d. 20 Martii et 2 Maii huius anni, respondens ad Rae.Vae. epistolas sive ex itinere, sive ex Madras, sive demum Calcutta ad me datas, quarum quidem ad illud usque tempus, quantum coniicere licuit, nulla interierat. In ultimis

Periculum Episcopatus aversum est.

[1] Cf. epistolas praecedentes.

meis litteris (2 Maii) scribebam (²), compatiens valde R. V. de *splendoribus* illis, quos sibi assumendos putaverat. Interea transmissa fuit a S. C. (³) ad R. V. Pontificia facultas pro usu illorum *splendorum*, uti et pro aliis gratiis, quas R. V. postulaverat. Ac fuit quidem periculum, ne Pontifex Ram. Vam. fieri *Episcopum* iuberet. Verum, hanc calamitatem adhuc avertere ab R. V. et a Societate contigit (⁴). Quid postea futurum sit, tempus docebit.

Nuntia minus gradt de Missionariis accepit.

2. — Nunc vero, licet nihil novi a R. V. acceperim, scribere tamen cogor ob ulteriores notitias Calcutta acceptas, quae quidem ostendunt, non omnes Calcuttenses videre illam tantam necessitatem istorum *splendorum*, et aliqua etiam nuntiant, quae me non modo gravissimo moerore affecerunt, verum etiam, si, ut pronum est fieri, ad S. C. referantur, non parum dedecoris vobis et nobis allatura sunt. Utinam nuntia illa falsa sint, aut certe exaggerata! Sed quoniam agitur de rebus, quae omnium oculis patent, mihi quidem impossibile videtur, ut in eiusmodi rebus, quarum de veritate vel falsitate non potest non publice constare, mentiri tam impudenter audeant vel inimici; cum ille, qui scripsit, *amicum* se Societatis profiteatur, et esse talis vere videatur (⁵). Praecipua ergo, quae nuntiantur, sequentia sunt:

Permagnus splendor externus ad animarum bonum non modo nihil iuvat, sed potius officit plurimum.

3. — 1° Vicarium Apostolicum Calcuttae, prae ceteris istarum regionum Vicariis Apostolicis, splendidius incedere. — Perspicilia *auro* armata — canna *aureo* pomo ornata — crux *pretiosissima* instructa *gemmis* et ex *aurea* catena suspensa...!(⁶). Deus bone! Istas ne quisquilias admittere Sacerdotem Soc. Iesu professum! cui cum Apostolo sentiendum est ac dicendum:

(²) Cf. epistolam praecedentem.

(³) *Sacra Congregatione de Propaganda Fide*; item saepius infra.

(⁴) Meminisse iuvat Societatem peculiari voto devinciri ad dignitates ecclesiasticas a se avertendas; hoc sensu hae dignitates iure calamitates vocari possunt, utpote quae a Societate prorsus alienae. Cf. ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. IV, pp. 346-350.

(⁵) Ille *amicus* fuit P. Hippolytus Moré, unus ex primis sociis huius Missionis (cf. epist. DLXVII, not. 5. Ita iam die 27 Novembris 1834 et 23 Ianuarii 1835 Romam scripserat. Alii vix non omnes - praeter P. Ioannem, fratrem Vicarii - similiter loquebantur. Inde apparet iam in itinere miram aliquam diffidentiam inter duos PP. St. Leger et alios Patres ortam esse, quae dein dicta et facta utriusque partis vix iuste et accurate comprehendere et interpretari poterat. Porro notandum est multa in India, praesertim in illis concretis circumstantiis Calcuttae, quod caput imperii indo-britannici erat, utilia, immo necessaria esse aut saltem putari posse, quae in Europa superflua vel etiam nociva considerarentur. Tota res certe pro P. Roothaan ex longinquo difficile dijudicanda erat. — Nunc sane pacifice admittitur Vicarios et Praefectos Apostolicos, etsi charactere episcopali carentes, huiusmodi insignibus exterioribus uti posse ac porro debere in suo territorio (cf. *Cod. I. Can.*, can. 308); id tamen tunc non erat definitum, et saltem mirum profecto Patri Roothaan videri poterat, ut primus fortasse qui huiusmodi insignia peteret et admitteret, esset unus de Societate.

(⁶) P. R. St. Leger respondit die 10 Septembris 1837: se tantum coactum perspicilia ista accepisse, ne pio benefactori offensam praeberet, et vix unquam nisi diebus festivis in Ecclesia adhibere; baculum pomo aureo ornatum nihil aliud esse quam baculum cuiusdam senis, claudi, scribae inferioris ordinis, viginti iam annis emortui; crucem esse pretiosam, nisi postquam sibi commendata fuerit, se intellexisse et inde illam absconditam intra vestem tenuisse.

Omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora! (7). — Me quidem, si vera sunt ista, pudet summopere, primum quidem tua causa, mi Pater, deinde Societatis, tum animarum ac religionis. Profecto, si hac arte existimatis apostolicum vos opus urgere, toto coelo aberratis, Patres mei dilectissimi. Vana eiusmodi pompa, praeterquam quod professioni ac statui paupertatis nimis repugnat, faciet vos saeculares esse cum saecularibus; ac poterit quidem fortasse aditum vobis aperire ad domos magnatum, sed ad animarum bonum non modo nil iuvabit, sed immo officiet plurimarum. Illi ipsi saeculares, credite, qui fors coram vobis istiusmodi vanitates laudabunt, aedificationem inde non accipient. *Pauperes* vero, qui praecipue et maiori fructu *evangelizantur*, ad tam pomposos apostolos aditum sibi prorsus negatum esse certissime putabunt. *Denique Deus non benedicet.*

De vestitu clericali omisso.

4. — 2° Dictis affine est alterum, quod, cum ceteri religiosi in ista regione sui quique Ordinis habitu vestiti incedant, vos non Societatis veste, non clericali, sed ut *gentlemen* induti circumeatis. — Ita, quae comparatio instituitur inter *fastum* Vicarii Apostolici in Calcutta, qui Episcopus non est, et *modestiam* ceterorum VV. Apostolicorum, qui Episcopi sunt; eadem instituitur inter vestitum aliorum Ecclesiasticorum, et Iesuitarum; hi proinde publice traducuntur ut homines *politici* magis quam religiosi. — Quam vero dolendum, huiusmodi criminationibus ansam praeberi a vobis ipsis!

Cappellanus praesidii Domdom exaggeratum stipendium recipere dicitur.

5. — 3° Pm. Ioannem St. Leger factum esse Cappellanum praesidii Domdom, cum stipendio 200 *roupie* in *menses singulos;* cum Ven. Vicarius Apostolicus Bombayensis noluerit a Gubernio nisi 400 *roupie* in *annuam* pensionem, et hanc sibi *sufficere* dixerit, licet ad petendam multo maiorem ab ipso Gubernio excitatus esset. — Ergo, dicitur passim, Iesuitae divitias quaesitum venerunt. — O Patres mei! Si hoc porro pede pergatis, et opes quaerantur a vobis, profecto Christi negotium agere numquam poteritis. Quid dicam? Pudet, pudet. — Volo autem quamprimum edoceri, quomodo se res habeat. — Si vero stipendium istud menstruum accipiatur a P. Ioanne pro se, et non pro Communitate, esset res plane absurda, et paupertatis nostrae vulnus mortale. Et qui *sic* acciperet, et qui *sic* accipere permitteret, conscientiam graviter laederet; neque haec ego dissimulare ullo modo possum.

Paupertas religiose servanda vehementer desideratur.

6. — Ergone, Patres mei, putatis animas vos Deo lucraturos per fastum et per divitias? Nescitis, aut obliti estis, divitias et fastum *laqueos* esse ac *retia diaboli?* primum vero gradum ad salutem cuiuscumque, sed maxime ad ministerium Apostolicum, esse istarum rerum contemptum? Videte et considerate S. P. N. meditationem *de duobus vexillis*, quae vel sola tantam illusionem vobis aperiet. Sed timeo sane, ne rerum

(7) *Philipp.*, III, 8.

spiritualium usus et praxis langueat inter vos; est enim mihi plane inexplicabile quomodo Societatis homines, S. P. N. doctrina imbuti, quae vera est ac genuina doctrina Evangelii, Missionem Apostolicam tam laudabili animo ac generoso aggressi, in ipso aditu sui ministerii viam ineant, quae tam procul a fine eos abducet, ni cito sistant se, et regiam illam viam ingrediantur, qua nos Patres nostri praecesserunt.

Quis in his omnibus consiliarius fuit?

7. — Praeter superius dicta, nuntiantur quidem et alia minime bona, sed prima illa sunt omnium aliorum fons et origo. Iam equidem pro ea notitia personali, quam de Vicario Apostolico habere me plenam ac certam existimo, persuadere mihi non possum Ram. Vam. proprio suo consilio in istis procedere. Quis ergo ita fieri suadet? Quemnam Ra. Va. consiliarium sequitur? Sacerdotes Societatis estis numero quinque. Ergone inter quinque ne unus quidem, qui res consideret oculis Socio Iesu dignis, et errorem ac fallaciam Vicario Apostolico detegat? Equidem P. Ioannem praecipuum fore Rae. Vae. consiliarium existimavi, idque in una ex ultimis meis litteris confirmavi, quod eum aetate et gradu ceteris Sociis antecedere aequum est. Verum, si P. Ioannes talia suggerit consilia, profecto non amplius agnosco eum, qui tanta cum laude viri optimi ac vere spiritualis Collegio Tulliolano praefuit (8).

Clarum responsum a singulis Missionariis de singulis accusationibus postulat.

8. — Quidquid sit, *volo* omnino, et *iubeo*, ut et Ra. Va., et ceteri Patres *singuli* separatim de tribus illis punctis, ut et de reliquo Missionis statu, quid sentiant, scribant ad me, *in Domino. Si dimidium facti, qui bene coepit, habet;* quid fiet, si *male* incipiatur? Ideo in his maxime initiis distincte informari me necesse est. *Instructionem* scripto dederam (9); haec quomodo observatur?

Meminerit se pridie itineris votum oboedientiae erga Praepositum Generalem sponte et cum lacrymis renovasse.

9. — Non dubito, quin Ra. Va. meminerit (quod ego non sine spe bona et solatio recordor) se, cum Breve Vicarii Apostolici acciperet, doluisse vehementer, seque sponte in hoc meo cubiculo, ubi haec scribo, *voto se cum lacrymis* obstrinxisse, munere illo Vicarii Apostolici numquam se abusurum contra obedientiam Praeposito Generali debitam. — Ergo de Ra. Va. omnia meliora spero, et confido, quidquid erratum sit, prudenter ac sedulo emendatum iri.

SS. SS. me commendo, anxius futurus, donec responsa clara, quae postulo, accepero.

Mission. I, 55-58.

---

(8) De P. Ioanne St. Leger, fratre germano Patris Roberti, cf. epist. DLII (not. 1) et DLIV; item cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. II, pag. 450, not. 2.

(9) Cf. epist. DLI.

DLVI.

Ad R. P. Robertum St. Leger,
Vicarium Apostolicum (¹).

Calcutta.

1. *Accepit epistolam ut ab irato scriptam.* — 2. *Tandem post durum silentium hoc responsum nullatenus satisfacit.* — 3. *Ceteri Missionarii omnino falso accusantur.* — 4. *Vicarii Apostolici Iesuitae relatio ad Praepositum Generalem.* — 5. *Varia postscripta.*

Roma, 25 Februarii 1837.

Accepit epistolam ut ab irato scriptam.

1. — Accepi nuper R.ae V.ae epistolam d. 30 Aug. anni elapsi scriptam, ut ab irato. — Sane doleo super te, mi Pater, doleo; — miror etiam; et mirarer magis, nisi magnam *miseriam humanam* cogitarem, et Ionae prophetae reminiscerer, qui interrogatus, idque a Dño: *putasne bene irasceris tu?* non dubitavit respondere: *bene irascor ego usque ad mortem!* Scilicet, *afflictus est Ionas afflictione magna; et iratus est* (²).

Tandem post durum silentium hoc responsum nullatenus satisfacit.

2. — Epistola ergo ista tua, mi Pater, (satis per te ipse intelliges) nullo modo mihi satisfecit. Certe *responsum* ad meas epistolas non est; quod tamen responsum ego tandem aliquando exspectabam. *Quattuor*, ut ais, *calumnias* diluis; teque a me, non *auditum*, quereris *condemnatum!* — *Ego te* non *condemnavi.* Solum *obieci*, quae ad me relata erant. *Audire* eum, qui durum servabat *silentium*, utique non poteram. Tandem hoc tuum silentium rumpis; utinam *non sic* locutus esses! Ceterum, neque nunc respondisti ad ea, quae scripseram. Relegi ego meas epistolas omnes, quas ad Ram. Vam. dedi, ex quo hinc a me discessit. De iis, quas scripsi, antequam vos Calcuttam pervenisse cognoveram, taceo: quamquam etiam libenter scivissem, an pervenissent, nec ne. Sed ex quo isthic versatur R. V. scripsi 2 *Maii* 1835 *et* 30 *Iun.* eiusdem anni; tum 9 Martii 1936, postremo 18 Augusti; hanc ultimam nondum potuerat accepisse, cum ad me scriberet epistolam istam de qua hic agimus. Iam vero R. V. ad omnes illas epistolas meas numquam respondit, ne commemoravit quidem. Erant tamen in illis non pauca alia, quam illae *quattuor calumniae;* et illa responsum profecto merebantur; saltem ne *non auditus*, non dico, condemnareris, sed ne silentio isto animum meum dubium relinqueres. Ad ea porro, quae in hac postrema sua

(¹) Cf. epist. DLII-DLV.
(²) Cf. *Ion.*, IV, 1, 9.

epistola scribit Ra. Va., dicere debeo, quod, si aliqua sibi a me obiecta diluit, quaedam tamen ex his obiectis valde sinistre interpretata est, et *praeter omnem meam mentem.*

Ceteri Missionarii omnino falso accusantur.

3. — Accusas Socios tuos *conspirationis* contra te. Hanc si *calumniam* dixero, non puto me in errore versari. Scio, defecisse aliquando, nescio an omnes, in observantia debita, praesertim in itinere; sed nonne Ra. Va. ipsa mihi scripserat, illos admonitos melius se gessisse? Quod vero isthic *conspirarent* adversus Vicarium Apostolicum, hoc scil. imaginatione propria delusus affirmas. Quod me ipsum insimulas, quasi complicem istius coniurationis, imo quasi cooperarer *ad convellendam auctoritatem Summi Pontificis* in Bengala; ad hoc quid dicam? Memini, Dñum Iesum dicentibus sibi: *nonne bene dicimus, quia daemonium habes?* respondisse simpliciter: *ego daemonium non habeo* (3). — Quis tibi *fidelitatem erga* S. P. vitio vertit? ut necesse tibi *sit fidelitatem* istam tuam ut clypeum mihi opponere? — *Vicarium Apostolicum* bene et laudabiliter agis? Laudo. Sed ego *religiosum Societatis* requiro, et eum, qui *Superior* Sociorum isthic constitutus erat; hunc non invenio, et doleo supra quam dici possit.

Vicarii Apostolici Iesuitae relatio ad Praepositum Generalem.

4. — Pater Roberte! Qui 30 annos (nam de duobus ultimis nescio quid dicam) qui 30 annos laudabiliter filium te Societatis praestiteras — cui propterea fidebam ut alteri mihi — audi:

Franciscus Xaverius erat Nuncius Apostolicus per Indiam universam; et ad praepositum suum Ignatium scribebat accuratissime et scribebat ut inferior ac subditus. Numquid propterea fidelitati erga Summum Pontificem defuit?

Vicarii Apostolici, qui ex Congr. *Missionum exterarum Parisiensi* assumuntur, Episcopi etiam, ad suum Superiorem scribunt Parisios, litteras observantia plenas, eumque de omnibus rebus suis suorumque certiorem faciunt. Vidi ego aliquando huiusmodi Vicariorum, Episcoporum, epistolas. Unius exemplar modo hic habeo in mensula mea. Et tamen hi non sunt *religiosi professi obedientiam Praeposito, locum Dei tenenti!*

Pater Roberte! Si Episcopus esses, meminisse adhuc deberes voti simplicis, quod post solemnem professionem emisisti! (4). Sed, satis sit. Exspectabo alias litteras a Ra. Va., ut tandem statuere possim, an Vicarius Apostolicus Bengalensis sit adhuc R. P. Robertus St. Leger, Soc. Iesu, an vero *Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus.* Qualem te mihi exhibebis, talis mihi eris. *Iudicet Dominus inter me et te.*

---

(3) Cf. *Ioan.*, VIII, 48-49.

(4) Est quintum votum simplex, quod professus solemnis post professionem emittit circa audienda consilia Praepositi Generalis eiusve Vicarii de muneris administratione et ea exsequenda, « si ea meliora esse quam quae mihi in mentem venerint iudicabo » (cf. *Regulae S. I.*, edit. 1935, p. 301).

Equidem, dum ita scribo, non ita scribo, quod omnem plane spem amiserim; si amisissem, non scriberem. Spero itaque etiamnuc, ut antea sperare me in praecedentibus epistolis semper iterato scripsi. Illud vero peto, ut *latine* scribas; sic enim et me molesta cura quaerendi interpretis liberabis, et magis *cogitate* scribes.

Vale, meque Deo commenda, qui sum, ut semper fui.

5. — *P. S.* - Dubium aliquod mihi interdum occurrit, an fortasse *Satanas* aliquis, *nomine Sacrae Congregationis vel Sancti Patris perperam usurpato,* ad Ram. Vam. talia scripserit, quae animum erga nos ita immutaverint. — Si hoc esset, detecta fraude, omnia facile redirent in ordinem pristinum. Varia postscripta.

Accepi Londino notitiam de acceptis ibi litteris cambialibus St. 800 quae misit Ra. Va. ad *expungenda debita.* Scripsi illuc, ut in primis refundatur summa, quam dederat pauperrima Hibernia — dein, quam dederat Anglia — reliquum erit ad dispositionem nostram, sive plus fuerit sive minus quam scut. rom. 1.500 quae hinc dederamus. Si residuum quid fuerit, noli, quaeso, existimare, nos vel obolo velle ex Calcuttensi Missione ditescere. Absit. Ceterum, non puto me accusasse Ram. Vam. quod *dissipasset bona Domini* huius generis. Ea, de quibus rationem postulabam, et postulo, longe alterius sunt generis.

Scripsi ultimo 25 Sept. per RR. DD. Olliffe et Socium, quos spero incolumes advenisse (5).

Porro, noli putare deesse aut defuisse me officio meo erga Socios, quibus inculco quomodo gerere se debeant erga Ram. Vam.

P. S. - Iamiam obsignaturus hanc epistolam nolo omittere, quod cum, post absolutas hasce litteras, scripsissem epistolium ad Pm Moré, in quo de unione et pace aliquid adhortationis scripsi, sensi mutari mihi *amaritudinem amarissimam* in sensum consolationis in *Deo pacis.* Utinam id iam ipso facto contingat, et, secundum *multitudinem dolorum meorum, consolationes eius laetificent animam meam* (6). Fiat, fiat! spero, spero.

Mission. I, 111 sqq.

---

(5) En quid de his duobus Missionariis e clero saeculari scripserat P. Roothaan eo die 25 Sept. 1836 ad Patrem Robertum St. Leger: "... Cum tam cito a nobis mitti ad vos novi Operarii non possint, Sacra Congregatio de" Propaganda Fide duos alumnos, lectissimos sane ac Societati vobisque addictissimos mittendos existimavit, quorum alter R. D. Olliffe, Hibernus, pietate ac prudentia supra aetatem insignis et egregie litteris excultus, hasce defert meas ad R.m V.m litteras. Illum eiusque socium perimpense Rae. Vae. commendo... ,, (Mission. I, 104). - RR. DD. Thomas Olliffe (1813-1859). Calcuttae fuit deinde Vicarius Generalis, Episcopus Coadiutor Vicarii Apostolici Calcuttensis, ad demum Vicarius ipse Apostolicus. Cf. Josson, I, 214-275.

(6) Cf. *Ps. XCIII,* 19.

DLVII.

AD R. P. ROBERTUM ST. LEGER,
Vicarium Apostolicum (1).

Calcutta.

Praeceptum in virtute sanctae oboedientiae dat, ne Collegium supprimatur neve Patres Calcutta amoveantur.

Roma, 16 Iulii 1837.

Praeceptum in virtute sanctae oboedientiae dat, ne Collegium supprimatur neve Patres Calcutta amoveantur.

Postquam d. 25 Febr. respondi ad Rae. Vae. litteras 30 Aug. anni elapsi ad me datas, *praestolari in silentio salutare Dei* (2), scilicet, ut aliquando *resipisceret* R. V., statueram.

Sed quae nuper allata sunt nuntia, tum a Nostris, tum ab externis, eiusmodi sunt, ut scribere debeam omnino, suadente etiam Em.mo Praefecto S. Congregationis (3).

Scilicet, Ra. Va. in eo est, ut P.m Chadwick (4) extra Calcuttam mittere, et Collegium inchoatum, cuius ille Rector a me constitutus est, supprimere contendat. — Ego vero utrumque, ne attentes, *in virtute sanctae obedientiae* prohibeo. Et hac quidem forma prohibendi utor, ipsius Cardinalis Praefecti consilio. — Intelligas denique, nec Sacram Congregationem nec Summum Pontificem umquam in ea mente fuisse, neque nunc esse, *ut independenter* a Praeposito Generali agas. — Praetensionem istam tuam Summus Pontifex non semel declaravit absurdam plane, quod quidem iam aliunde, ex aliis litteris ab aliis acceptis, intelligere debuisti.

Quod si P. Chadwick iam amandatus esset, dum hae litterae perferentur, illum revoces Calcuttam, iubeo *in virtute sanctae obedientiae.* Poteris, si necesse est, in eius locum mittere P. Ioannem St. Leger (5), quem quidem Card. Praefectus suadebat in Europam revocari; ego vero tantisper differre extrema remedia constitui, si forte, et ille, et Ra. Va. resipiscatis.

Prohibeo item, ne P.m Sumner (6) Calcutta amoveas: — quod si iam et illum amandasses, revocari item iubeo *in virtute sanctae obedientiae.*

Horum Patrum erit, instaurare Calcuttense Collegium, si forte iam tuis machinationibus suppressum esset. Patres

(1) Cf. epist. DLII-DLVI.

(2) Cf. *Thren.*, III, 26.

(3) Erat tunc Praefectus S. C. de Propaganda Fide Em. Card. IACOBUS PHILIPPUS FRANSONI (1775-1856): cf. ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. IV, pp. 117-122.

(4) P. FRANCISCUS CHADWICK, *Prov. Angliae* (1801-1818-1857), e primis sociis Missionis Calcuttensis fuit et 1836 primus Rector Collegii St. Francisci Xaverii constitutus est. P. R. St. Leger eum in principatum Sirdhana extra Vicariatum Calcuttensem mittere voluit, ut ibi desiderante S. Congregatione de P. F. Seminarium conderet. Sanitatis causa 1840 Indiam relinquere debuit: cf. JOSSON, I, 163, 193-199 *(passim).*

(5) P. IOANNES ST. LEGER erat frater Patris Roberti: cf. supra, epist. DLII, not. 1.

(6) P. RICHARD SUMNER, *Prov. Angliae* (1801-1820-1877), etiam ad primos socios huius Missionis pertinebat. Strenue laboravit in Collegio St. Francisci et in schola « Seal College » pro indigenis erecta, cuius directionem tenuit, et in cura animarum praesertim in regionibus Husnabad et Dacca. Anno 1843 et ipse sanitatis causa in Angliam revertit: cf. JOSSON, I, 163-216 *(passim);* item, cf. SOMMERVOGEL, VII, 1730.

istos, in isto Collegii negotio, a tua superioritate plane exemptos declaro. *Rectorem* iampridem dixeram Patrem Chadwick, eumdem *Rectorem* confirmo.

Etiam de Patris Moré (7) missione extra Calcuttam haberem, quod tecum amare conquererer.

Sed et multa sunt alia, quibus nunc commemorandis supersedeo, tum ne praesentes litterae, quae negotium *urgens* continent, retardentur, tum quod aliqua adhuc mihi spes est fore ut Ra. Va. *ipsa* se respiciat et emendet. Quod utinam!

Hac spe, SS. SS. SS. me commendo.

P.S. — P. Boulogne (8), qui isthuc Deo dante brevi adveniet, ad civitatem Calcuttensem destinatus a me est, et quidem ad Collegium, sub P. Chadwick, nec Rae. Vae. integrum relinquo illum extra Calcuttam amandare, quod quidem omnino *prohibeo.*

Mission. I, 131 sq.

DLVIII.

Ad R. P. Robertum St. Leger, Vicarium Apostolicum (1).

Calcutta.

1. *Expansis ulnis una cum P. Ioanne fratre communi Nostrorum omnium solatio et gaudio Romae est excepturus.* — 2. *Rogat, ut ante recessum Patrem Moré Calcuttam revocet et sacellum Collegii externis aperiat.* — 3. *Varia consilia.*

Roma, 1 Maii 1838.

1. — Sacra Congregatio communicavit mecum litteras nuperrime ad Ram. Vam. datas, quibus significat Rae. Vae. se votis Rae. Vae. benigne annuentem decrevisse Vicarium Apostolicum Episcopali charactere insignitum Calcuttam mittere (2): — inde Ram. Vam. auctoritati Praepositi sui Generalis omnino permittit.

Expansis ulnis eum una cum P. Ioanne fratre communi Nostrorum omnium solatio et gaudio Romae est excepturus.

Gaudeo sane, Reverende Pater, ac Rae. Vae. et mihi et Societati gratulor, quod periculum Episcopalis dignitatis etiam

(7) P. Hippolytus Moré, *Prov. Lugdunensis* (1800-1823-1843), cum prima turma in Indiam venit. Fuit ex praestantissimis Patribus huius primae Missionis Calcuttensis. Confessiones audiebat septem linguis. Lingua Bengalica praedicabat. In Bengala orientali, ubi ultra duos annos laboravit, plus quam 2000 « Schismaticorum » et tres sacerdotes goanos cum Ecclesia reconciliavit. Anno 1843 mortuus in Ecclesia Cathedrali sepultus est. « Fidelissimum consiliarium et collaboratorem in omnibus difficultatibus » eum RR. DD. Carew, secundus successor P. R. St. Leger, appellabat: cf. Josson, I, *passim.*

(8) P. Petrus Boulogne, *Prov. Campaniae* (1801-1824-1856), multum laboravit in Chandernagore, colonia gallica, et tota Missione a Iesuitis anno 1846 derelicta, ultimus anno 1850 in Europam revertit (Josson, op. cit., I, *passim*).

(1) Cf. epistolas praecedentes.

(2) Is fuit RR. DD. Taberd (1794-1840), e Congregatione Parisiensi pro Missionibus Exteris, qui Vicariatum Apost. Calcuttensem biennium tantum rexit, praematura morte ereptus († 31 Iul. 1840): cf. Josson, I, 181-191.

hac vice a Societate depulsum sit (3). — Porro cum hac dispositione mihi et a Sacra Congregatione, et ab ipso Summo Pontifice innuitur, ut Ram. Vam. Romam vocem, quod hisce litteris facio, expansis ulnis Ipsam una cum P. Ioanne fratre suo communi nostrum omnium solatio et gaudio excepturus. — Spero profectionem novi Vicarii Apostolici eiusque Calcuttam adventum ita maturatum iri, ut adhuc ante huius anni finem, vel certe sub futuri anni initium Ram. Vam. et P.m Ioannem nobis detur amplecti (4).

Rogat, ut ante recessum Patrem Moré Calcuttam revocet et sacellum Collegii externis aperiat.

2. — Cum iam nonnisi duo Patres remanserint in Collegio ob discessum P.is Chadwick (5) et in parte civitatis ubi illud nunc est Ecclesia non habeatur nisi procul dissita, petivi a S. C. et obtinui, ut P.m Moré (6) Dacca ad Collegium revocare, et Patribus Collegii facultatem dare possem aperiendi Sacellum suum etiam externis fidelibus, in eoque Societatis consueta ministeria exercendi. Utrumque hoc eiusmodi est, ut hanc occasionem existimem bonam et opportunam, qua possit commode tolli magna ex parte quidquid hactenus fuit dissensionis, ut ne quam Ra. Va. discedens Calcutta radicem amaritudinis, aut secum inde auferat, aut in Patribus illis ac Fratribus relinquat. Omnes enim fratres sumus in Christo Iesu. Itaque, non ego hanc facultatem exercere per me ipsum volo, sed utramque Rae. Vae. exercendam relinquo. Ra. Va. revocet P.m Moré Calcuttam ad Collegium, et Collegii Sacellum patere iubeat externis etiam fidelibus, pro Sacro audiendo aliisque Societatis ministeriis. Ita Ra. Va. Patribus illis gratificabitur, gratificabitur eorum amicis, et omnibus se ostendet et boni communis et Societatis, cuius membrum est, amantem et omnis vel suspicio vel dubitatio, quae ex rebus anteactis, quas ego lubens inter *praeterita plusquam perfecta* adnumerari cupio, insidere alicui posset, eximi poterit, et multae miseriae [poterunt] oblivione deleri.

Varia consilia.

3. — Non dubito quin Ra. Va. illa dignitatis insignia, quae vel dono acceperat, vel alia ratione procuraverat, omnia sit generose traditura suo in Vicariatu Apostolico successori; — Cappellaniam ad Dom-Dom poterit commode a P. Ioanne in optimum D. Olliffe (7) transferre, ne ibi Catholici illi destituantur; sed, quod ad hoc et quaecumque alia Vicariatui propria pertinet, iam Ra. Va. providebit.

Prosperum precor Reverentiis Vestris in Europam reditum, et SS. SS. me valde commendo.

Mission. I, 167 sq.

(3) Cf. epist DLV.; item cf. ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. IV, pp. 346-350.

(4) In Angliam appulerunt tantum mense Aprili 1839; inde Romam post duos menses venerunt, et mense Augusto eiusdem anni in Hiberniam redierunt: cf. ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. II, pp. 467, 468.

(5) De P. Chadwick cf. epist. praeced., not. 4; ineunte hoc anno 1838, redierat in Angliam ad valetudinem recuperandam: cf. JOSSON, I, 183.

(6) De P. Moré cf. epist. praeced., not. 7.

(7) Rev. D. THOMAS OLLIFFE, Missionarius Hibernus e Clero saeculari, de quo cf. epist. DLVI, not. 5.

DLIX.

Ad R. P. Richardum Sumner (1).

Calcutta.

1. *Inter duas partes litigantes neutra omnino sine aliqua culpa esse solet.* — 2. *Collegium auxilium Missionis est et esse debet.* — 3. *Famae PP. St. Leger omnino parcant.* — 4. « *Tibi* « soli » *adiungo...* ». — 5. *Translatio Collegii inopportuna fuisse videtur.* — 6. *Novi collaboratores annuntiantur.* — 7. *Perfectissima erga S. Congregationem oboedientia et observantia erga Vicarium Apostolicum requiritur.*

Roma, 2 Maii 1838.

Inter duas partes litigantes neutra omnino sine aliqua culpa esse solet.

1. — Accepi Rae. Vae. litteras d. d. 14 Febr. — itemque P.is Boulogne d.d. 13 eiusdem mensis. — Gravissimo dolore afficiebant me iamdudum tot ac tantae tricae. Remedium nunc adfertur, quod utinam efficax sit! Erit porro, ut spero, si vos etiam, PP. mei carissimi, patientiae et caritatis et humilitatis memores, non tamquam de parta victoria triumphetis, (quod absit!) sed in simplicitate et absque ulla ostentatione, immo cum omnibus sincerae observantiae documentis, erga Vicarium Apostolicum eiusque Socios vos geretis. Nam, quod de praeteritis attinet, quae ego plane praeterita et oblivioni data cupio, vereor ne vos etiam, fortasse provocati aliquomodo, non semper satis humilitatis et modestiae memores fueritis. Fieri enim solet, ut inter duas partes litigantes, neutra omnino sine aliqua culpa sit.

Collegium auxilium Missionis est et esse debet.

2. — Omnino delenda est illa erronea et falsa opinio, quasi *Collegium oppositum* esset Missioni, cum natura sua eius *auxiliarium* sit et esse debeat; quod utique probe S. Franciscus Xaverius intellexit vel in primis apostolatus sui annis, cum Goanum Collegium omni studio promoveret. Atqui quod tum Goa erat Indiis Lusitanorum, idem nunc mihi videtur Calcutta esse Indiis Britannicis.

Famae PP. St. Leger omnino parcant.

3. — Sed quodnam illud *remedium*, de quo dicere inceperam? — Cum P. Robertus saepius scripserit ad Sacram Congregationem rogans ut Vicarius Apostolicus Calcuttae detur *charactere episcopali insignitus*, his votis illius annuit Sacra Congregatio et mittere Vicarium Apostolicum Episcopum decrevit, Patremque Robertum nostrae dispositioni plane relinquit (2). — Novus Vicarius Apostolicus nominabitur quamprimum. Et hic ubi Calcuttam pervenerit, P. Robertus cum P. Ioanne in Europam redibit. Ita Sacra Congregatio, ita

(1) Cf. epist. DLVII, not. 6. — P. Sumner tunc in Collegio S. Francisci Xaverii vices gerebat Rectoris absentis.

(2) Cf. epist. praeced.

Summus Pontifex censuit ac decrevit. Ego vero utrumque Patrem omni caritate excipiam. Et vestrum est, Patres mei, cum eodem ita agere, deque eo et fratre eius ita loqui, ut fratres vos esse omnes intelligant, et illam praecipue causam esse cessationis Patris Roberti ab illo officio existiment, quod *professione sua impediatur* ab Episcopatu, immo nullam aliam causam esse sibi persuadeant. Revera enim, quod ad officium Vicarii Apostolici attinet, Sacrae Congregationi et Summo Pontifici optime satisfaciebat, et hoc in litteris, quibus revocatur, cum Eius laude significatur. — Ego etiam scribo ad P. Robertum humanissimas litteras, et ita scribo, ut nec ipse, nec frater eius isthinc abeuntes, nec vos qui remanetis, ullam servetis *radicem amaritudinis* (3): hanc enim *inimicus* homo *seminaverat*. Huic nunc finis sit.

« *Tibi soli* adiungo... ».

4. — Rogo etiam P. Robertum, ut et P.m Moré Dacca ad Collegium revocet, vobis auxilium futurum, et Sacellum Collegii patere iubeat etiam externis fidelibus, in quo ministeria solita Societatis pro viribus exercere possitis. — Haec duo, etiam Ra. Va. fidenter, sed humiliter petat ab Eo, et certe obtinebit. (Tibi *soli* adiungo, me ipsum haec duo petivisse a S. C., et obtinuisse — unde si P. Robertus negaret, possem ego ipse tuto utrumque ordinare, nisi scandalum aliquod timerem. Sed hoc *tibi soli*, et *sub secreto*, quod nemini aperias, nisi ipsi P.i Roberto, et huic *nonnisi necessitas cogat*. Volo enim hanc illi occasionem dare gratificandi vobis, et diluendi suspicionem vel dubitationem de Eius animo erga vos et erga Societatem. Haec, iterum dico, *tibi soli)* (4).

Translatio Collegii inopportuna fuisse videtur.

5. — Libellus supplex, de quo Ra. Va. in suis ad me litteris, advenit quidem, sed S. C. propterea non mutavit consilium. — Iam ad vestrum Collegium redeamus. Ego, ut verum fatear, timui et etiamnum timeo, ne praemature *nimis grandia* susceperitis, quae difficulter sustentari primis hisce temporibus queant. *Post factum lauda;* sed desiderarem rationes cognoscere, cur, Patres mei, existimaveritis, non domum illam cum horto primae domui ubi erat Collegium attiguam locare tanto minori sumptu, sed malueritis maiore sumptu aliam domum procul dissitam pro Collegii vestri sedem locare. Nam timeo ne aere alieno Collegium vestrum gravetur, quae sarcina molestissima esse solet, et difficulter postea deponi potest. Accedit, quod vestra migratio in partem illam civitatis, ubi pauciores sunt catholici, et vobis minorem sinit opportunitatem iuvandi animas, et facit accessum puerorum ad scholas vestras multo difficiliorem, puerorum externorum, inquam, quorum institutio Christiana est utique momenti maximi. Itaque rogo Ram. Vam., ut mihi causas, quae illam talem migrationem suaserunt,

(3) Cf. epist. praeced.
(4) Cf. epist. praeced. — Hoc secretum et hoc « tibi *soli* » nobilitatem et sanctimoniam animi Patris Roothaan clare ostendunt.

exponat, et simul quo loco sit ratio rerum vestrarum temporalium, an aes alienum sit, et quantum, et quae spes illius dissolvendi.

6. — P.m Moré Calcuttam revocandum statui, tum ut Collegio et vobis in Collegio auxilio sit, tum ut Lusitanos in Civitate iuvet, et utinam posset gratiam invenire apud illum Virum inter Lusitanos principem, qui praecipuum est schismatis (5) sustentaculum, eique persuadere ut Vicario Apostolico et Sanctae Sedi se submittat! De hoc etiam aliquid ex Ra. Va. scire cupio.

Novi collaboratores annuntiantur.

Socios ex Anglia mittemus, cum primum poterimus. Sed Ra. Va. ipsa non ignorat quanta Sociorum paucitate Provincia Angliae laboret. *Rogate Dominum messis!*

7. — Numquam vobis excidant invidiosa illa verba: *Nos Sacrae Congregationi non sumus subiecti,* vel similia. Quid enim? S. C. est organum Summi Pontificis; numquid Summo Pontifici non totos nos devovimus? Sed, nimirum, S. C. cum Praeposito Generali communicat, et per Praepositum Generalem Sacrae Congregationis mandata ad vos pervenire optandum est et idipsum speramus futurum. — Erga Vicarium Apostolicum ita vos habere debetis, ut in Europa nos omnes erga Ordinarios locorum in quibus degimus. Hic vero mementote, quaeso, quanta humilitate et observantia S. Franciscus Xaverius egerit cum Episcopis in India, quamvis ipse esset Nuntius Pontificis! Humilium erit semper victoria in Domino, ad Eius maiorem gloriam, et animarum salutem. Facite semper, quantum potestis, in Vicarii Apostolici adiumentum.

Perfectissima erga S. Congr. oboedientia et observantia erga Vicarium Apostolicum requiritur.

Plurimas optimo P.i Boulogne (6) gratias pro eius litteris, cui etiam dicas velim, pervenisse ad me suo tempore eas, quas solvens ex Europa dederat 6 Iulii 1837. Ad ipsum scribam alias, ne haec praesens expeditio dilationem patiatur. Patri Moré et Fratribus salutem. — Adsit vobis Dominus Iesus, et benedicat!

SS. SS. SS. me valde commendo (7).

Mission. I, 169-172.

---

(5) « Schisma Lusitanum » quod vocabatur: cf. Josson, I, 163 sqq.

(6) Cf. epist. praeced., not. 8.

(7) Anno 1846 prima haec Missio Calcuttensis finem habuit (cf. Josson, I, 217-237); sed anno 1859 rursus inchoanda erat a Patribus Belgicis, quae Missio usque in praesens florentissima est et iam in duas Missiones ac Dioeceses dispesci debuit.

SECTIO IV.

AD MISSIONEM MADURENSEM (1)

DLX.

AD R. P. IOSEPHUM BERTRAND (2),
Superiorem Missionis.

Madura.

1. *Primi Missionarii mortui.* — 2. *Pater Anglus desideratur.* — 3. *Relatio Missionis Madurensis ad Vicarium Apostolicum Pondicherry.* — 4. *Missio paulatim ordinatur.* — 5. *Consultor, etiamsi infans esset, requiritur.* — 6. *P. Serra Superiori commendatur.* — 7. « *Bis in die mente vobiscum sum* ». — 8. *Relationes de labore missionario exoptat.*

Rome, 18 Janvier 1841.

Je réponds ici à vos deux lettres de Juillet nº 8, et du 16 Novembre nº 9.

1. — Oh la perte que la Mission a faite dans ces deux bons PP. Martin (3) et de Bournet! (4) Comme j'ai senti tout ce que vous avez dû sentir, mon bon Père! *Ita, Pater, quoniam...* Primi Missionarii mortui.

2. — Nous ne perdons pas de vue votre désir d'avoir un Père Anglais, mais où le trouver? surtout un tel comme il vous en faudrait? Cependant, ne désespérons pas. Peut-être même Pater Anglus desideratur.

(1) De laboriosis initiis huius dein floridissimae Missionis, cf. PIRRI, 226-230; sed maxime cf. I. BERTRAND S. I., *Histoire de la Mission du Maduré,* 5 voll., Paris, 1847-1854; [SUAU], *Mgr Alexis Canoz S. I.*, Paris 1891. — Quaedam epistolae ad Missionem Madurensem pertinentes habentur inter epistolas ad Prov. Lugdunensem (a qua haec Missio tunc dependebat) datas, in ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. II; sunt autem epistolae LII, LIII, LV, LXVI, LXXIV, LXXVIII (respective pagg. 87, 88, 91. 106, 119, 125).

(2) P. IOSEPHUS BERTRAND, *Prov. Campaniae* (1805-1828-1884), primus Superior et verus conditor fuit novae Missionis Madurensis, quo Societas anno 1837 revertit. Veneno a schismaticis affectus, anno 1844 Indiam deserere debuit. Romae in illa Missione nova ratione ordinanda magnam partem habuit. Libros de rebus missionariis valde aestimatos scripsit. — Cf. OTTO, pp. 286-288, 295-298, 300-301, 513-514, 535-536; item SOMMERVOGEL, I, 1394 sqq.

(3) P. ALEXANDER MARTIN, *Prov. Lugdunensis* (1799-1819-1840), primus, qui ex viginti tribus Missionariis Societatis intra quindecim primos annos vivente P. Roothaan in Missione Madurensi mortuis, nimio labore 1840 occubuit. Eius sepulchrum loco Rasakembiram usque in hodiernum diem a christianis, immo a paganis in summa veneratione habetur et locus peregrinationis sacrae factum est (OTTO, p. 305; L. SAINT-CYR S. J.: *Les nouveaux Jésuites français dans l'Inde,* Paris 1865-1888, I, pp. 277-318).

(4) P. IOSEPHUS DE BOURNET, *Prov. Lugdunensis* (1805-1817-1840), post sex tantum menses in Missione transactos mortuus erat.

plus tôt que nous ne pensions le bon Dieu nous le donnera (5). *Potens est enim.* Pour le P. *Murphy* (6), il n'y a pas à y penser, au moins de si tôt. Il est Recteur au Kentuckey (7).

Relatio Missionis Madurensis ad Vicarium Apostolicum Pondicherry.

3. — J'ai parlé à qui de droit de votre grande affaire; elle va être décidée sous peu (8). Restons dans l'indifférence, après avoir fait ce que nous croyions devoir faire. En tout cas, Monseigneur le Vicaire Apostolique de Pondichéry doit toujours rester le premier Pasteur de toute cette Mission; les Nôtres doivent rester dans l'état d'*auxiliaires* de S. G., ce qui n'empêche pas pourtant que la Mission ne soit assignée et ne reste à la Compagnie.

Missio paulatim ordinatur.

4. — Cette lettre-ci, avec les incluses et facultés, vous sera remise par les nouveaux Pères que le P. Provincial (9) vous envoye. Oh! comme je désire que vous puissiez enfin exécuter votre plan d'*ordre* dans la Mission! Je vois avec grande consolation que, peu à peu, les choses se préparent pour cela. A la guerre comme à la guerre. Mais c'est aussi bien dans l'état de guerre, de combat, que l'*ordre* dans une *Compagnie* est plus indispensable. Dieu vous aidera à l'établir, à le conserver.

Consultor, etiamsi infans esset, requiritur.

5. — Je ne sais trop qui vous assigner pour Consulteur et Admoniteur, si ce n'est le P. Garnier (10). Je ne connais pas assez distinctement tout votre monde. Et puis, qui est le plus ordinairement avec vous, ou proche de vous? Consultez toujours celui avec lequel vous vous trouvez. Si je n'avais qu'un enfant auprès de moi, je consulterais cet enfant, et je suis persuadé que le Seigneur me donnerait souvent des lumières par ce moyen.

P. Serra Superiori commendatur.

6. — Le P. Serra (11), oui, est tout *feu*. Je crains qu'il ne soit par trop *hardi*. Il confesse déjà, dites-vous? pourvu qu'il comprenne assez. Oui, il sera un sujet précieux, pourvu qu'il *se laisse diriger*. Je le lui recommande encore dans ce petit billet que je lui écris, et où je lui dis ce que vous remarquiez.

(5) Et re vera Deus mox providit, atque eo ipso anno 1841 in Indiam, ratione quadam insperata, mitti potuit P. GUALTERUS CLIFFORD, *Prov. Angliae* (1804-1823-1844); cf. ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. II, pp. 431-434.

(6) P. GULIELMUS MURPHY, *Prov. Franciae* (1803-1823-1875); fuit dein bis Viceprovincialis Prov. Missourianae.

(7) In Statibus Foederatis Americae Sept.

(8) S. Congregatio de P. F. novae Missioni Madurensi P. Bertrand Vicarium Apostolicum dare voluit; sed, P. Roothaan petente, decretum revocavit et totam Missionem Vicario Apostolico Pondicherry ad tempus subdidit, donec anno 1847 Missio in Vicariatum separatum erecta est, R. P. Alexio Canoz Episcopo ei assignato (OTTO, pp. 286-288, 299-300).

(9) P. Provincialis Prov. Lugdunensis, a qua tunc Missio Madurensis pendebat: is autem erat tunc P. LUDOVICUS MAILLARD, de quo cf. ROOTHAAN, *Epistolae*, vol. II, pp. 61, 92, 95, 914 etc.

(10) P. LUDOVICUS GARNIER, *Prov. Lugdunensis* (1805-1825-1843), eximius missionarius erat, et fuit secundus Superior Missionis. Duas ecclesias Trichinopoly et Madurae secundum proprias rationes aedificavit, quae hodie ecclesiae cathedrales utriusque dioecesis existunt. Doloroso anno 1843, in quo septem missionarii vita functi sunt, et ipse mortuus est (OTTO, pp. 295-298; SAINT-CYR, loc. cit., I, pp. 319-354).

(11) P. FRANCISCUS XAV. SERRA, *Prov. Hispaniae* (1800-1839- ?): anno 1843 e Societate dimissus est.

7. — Adieu, mon bon Père. Je vous visite en esprit au moins deux fois par jour. Oh comme ma sollicitude s'accroît à mesure que le nombre des Missionnaires augmente, chez vous, et ailleurs! *Dominus vobiscum. Amen.* Dites cela à vos Pères que je salue tous avec effusion de coeur.

« Bis in die mente vobiscum sum ».

Priez aussi pour moi et pour toute la Compagnie, pour que nous marchions tous *digne vocatione nostra, digne Deo.*

En union de vos SS. SS. SS. etc.

8. — *P. S.* - A la Propagande on dit encore toujours: « Oui, les Jésuites dans les Missions, c'est bien, mais nous n'en saurons plus rien ». Le St Père lui-même a ce préjugé, et il l'a dit quelquefois, non pas à moi, mais à d'autres. Je désire donc que tous les ans on m'envoie un court aperçu de l'état de la Mission, avec les *fruits* spirituels recueillis (s'entend *approximativement*). Nous ferions alors un tableau des Missions de la Compagnie que nous offririons au S. Père et à la Propagande. Si vous pouviez commencer par l'an passé (1840) ce serait bien bon. Je l'attendrai.

Relationes de labore missionario exoptat.

A propos. Nos Pères ont-ils tous fait le serment prescrit par rapport aux *rites malabares?*

Mission. II, 13 sqq.

DLXI.

Ad R. P. Ludovicum Garnier (¹),
Superiorem Missionis.

Madura.

1. *Salutationes.* — 2. *Signa quaedam venerationis ad sepulchrum P. Martin prohibenda sunt.*

Rome, 12 Mai 1843.

1. — Je vous écris par une bien belle occasion, celle de quatre missionnaires que le P. Maillard (²) vous envoye et à qui j'aurai la consolation de remettre cette lettre; car j'irai les voir et les bénir à leur passage à Civita-Vecchia et avec eux bénir tous mes chers Pères du Maduré.

Salutationes.

La lecture du recueil des lettres de votre mission dont le P. Pouget était jusqu'ici l'éditeur (³), est une source de con-

(¹) Cf. epist. praeced., not. 10. — P. Garnier erat Superior illius Missionis a die 15 Aug. 1842, sed praematura morte, ut alii bene multi ex illis primis Missionariis, correptus est d. 5 Iulii 1843, aetatis anno 38: cf. Saint-Cyr, l. c., pp. 348-354.

(²) Praepositus Prov. Lugdunensis: cf. epist. praeced., not. 9.

(³) P. Franciscus Pouget (seu Poujet), *Prov. Tolosanae* (1800-1819-1870), plura scripsit, inter quae etiam biographiam eximii Provincialis P. Ludovici Maillard: cf. Sommervogel, VI, 1119 sqq. Curabat editionem (« autographiée ») *Lettres de la nouvelle Mission du Maduré,* Lyon, 1839-1847.

solations pour moi. Je bénis le Seigneur de tout le bien dont il vous rend l'instrument; je Lui demande de vous faire triompher de tous vos adversaires, et étendre Son Royaume dans le coeur des Indiens.

Signa quaedam venerationis ad sepulchrum P. Martin prohibenda sunt.

2. — Ce que vous dites dans ces lettres du concours extraordinaire des pèlerins qui se rendent au tombeau du P. Alexandre Martin (4) excite tout à la fois et ma reconnaissance envers le Seigneur et ma sollicitude; ma reconnaissance envers le Seigneur, de ce qu'il veut bien glorifier ici-bas un enfant de la Compagnie et prouver ainsi, que grâce à sa bonté, l'esprit de sainteté vit toujours parmi nous; ma sollicitude à cause des pratiques singulières par lesquelles quelques Indiens prétendent honorer de Père... Dans le neuvième cahier des lettres de votre Mission page 387 on lit: « On en voit un grand nombre pratiquer un genre de dévotion bien singulier; ils font le tour du tombeau en se roulant. Des compagnons charitables se chargent de pousser avec les pieds et avec les mains ces bons Indiens, que l'on voit rouler sur le sable, comme de vieux troncs de bois noircis par le temps ». Plus haut vous dites que vous avez sévèrement interdit qu'on continuât à se signer le front avec la poussière de son tombeau et vous avez fait sagement; j'aurais voulu trouver une défense semblable par rapport à l'acte que je viens de citer. Veillez d'une manière toute particulière à ce qu'il ne se glisse aucune superstition, aucun abus dans ces démonstrations extérieures de confiance et de vénération; rien de ce qui est prohibé par l'Eglise, comme de faire brûler des cierges ou une lampe devant sa tombe. On ne peut pas, on ne doit pas même chercher à arrêter la dévotion des fidèles; il faut seulement tâcher de la diriger. Rien ne s'oppose à ce qu'ils continuent à déposer des offrandes, surtout si l'on a soin de les faire servir à construire une église. Je désire avoir sur tout ce dont je viens de vous parler, des renseignements exacts.

Je suis en union de vos SS. SS. etc.

N. B. — Ceci est sévèrement défendu (5); ainsi il faut *absolument* lever cet abus. Comment se fait-il que personne parmi vous, mes chers Pères, ne se soit souvenu de cette prohibition!!

Mission. II, 177 sq.

---

(4) P. Martin mortuus erat anno 1840, primus e multis Missionariis, qui ibidem florenti aetate primis novae Missionis annis praematura morte correpti sunt: cf. supra, epist. praeced., not. 3.

(5) In regesto nullum adest signum ex quo dinoscatur, cui ex praedictis signis pietatis referendum sit istud *N. B.*; sed certo certius reicit ad illud « faire brûler des cierges ou une lampe devant sa tombe »: quod quidem, quamquam vetitum non est quando est merum obsequium erga defunctum, ut fit in coemeteriis, facilius in signum praeposteri cultus in hoc casu accipi poterat.

DLXII.

AD R. P. PETRUM FAURIE (1).

Maduré.

1. *De dispositione animi eius gavisus est.* — 2. *Attamen licet difficultates suas Superioribus revelare.*

Rome, 29 Juin 1843.

1. — J'ai été touché des sentiments que vous m'exprimez dans votre lettre du 16 Avril, entre autres choses de ce que vous m'y dites: « qu'au milieu de vos afflictions vous avez senti s'affaiblir en vous l'amour des créatures, et s'accroître le désir de ne chercher en tout que Dieu seul ». C'est bien là une des plus grandes grâces que Dieu puisse accorder en récompense des sacrifices auxquels on se dévoue en se consacrant aux Missions étrangères. Plus les commencements de votre apostolat auront été pénibles, et plus aussi, je l'espère, seront abondants les fruits que vous en recueillerez. *Euntes ibant et flebant mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos* (2). De dispositione animi eius gavisus est.

2. — M. Ruff ne m'a pas écrit. Je ne manquerai pas de recommander au P. Provincial (3), aussitôt que j'aurai reçu les lettres des Consulteurs, le soin de constituer 4 Examinateurs de Candidats et l'exécution exacte de ce qui est prescrit sur cette matière, comme étant encore bien plus les Universités et Collèges publics de leur pays, doivent surtout être bien examinés sur la doctrine tant en matière de dogme que de morale. Je comprends que cet examen ne peut pas se faire au Noviciat même.

Attente vigilandum ne iuvenes sine vocatione recipiantur.

3. — S'il y a un pays au monde, c'est bien en Amérique qu'on ne doit recevoir ou retenir dans la Compagnie que des hommes véritablement appelés, c. à d. qui n'ayant aucun des empêchements, ont toutes les qualités requises et pardessus tout une volonté forte et bien prononcée de tendre à la perfection que nos Constitutions demandent. Si jamais le désir de multiplier les sujets entre pour quelque chose dans la réception des sujets, les conséquences seront fâcheuses pour cette Province. Plusieurs qui seront peut-être à charge dans la Compagnie, auraient été de bons prêtres séculiers, etc. Puis les démissions et mille misères. Si dans les endroits où on n'a reçu que des sujets d'élite et où tout ce qui regarde leur formation

---

(1) P. Fidelis de Grivel, *Prov. Franciae* (1769-1803-1842), erat tunc Magister Noviciorum apud Georgiopolim, in domo *White Marsh* nuncupata. Cf. Garraghan, I, 32, 41, 349, 384, 649.

(2) In regesto non indicatur tempus quo data est haec epistola; sed invenitur exscripta inter epistolas primis diebus anni 1834 datas.

(3) Erat P. Gulielmus MacSherry, de quo cf. epist. seq.

a été exactement observé, notre pauvre humanité se fait encore tant sentir, que faut-il se promettre là où on agirait autrement?

Animum erigat et confortetur.

4. — Mais tout ceci, mon Rév. Père, je le dirai à qui de droit. Pour vous, je sais que vous en êtes pleinement convaincu et que ce n'est pas votre faute si des jeunes gens sans vocation sont admis. Quant à l'ordre de choses à Wh. M. [4], je veux dire au Noviciat, je n'en ai entendu que du bien *A. M. D. G.* — Vos deux *Samuels* [5] vont très bien et confirment la bonne idée que nous avons du Noviciat du Maryland et de celui qui y préside. Continuez-y, mon bon Père, à former une nouvelle génération. Ce n'est pas qu'il n'y ait du bon ici dans l'ancien, mais tant de circonstances ont concouru à laisser ou à faire entrer des misères au milieu de ce qu'il y a de bon et de beau! Et le pays même prête beaucoup à s'attacher à la *figura huius mundi,* même pour ceux qui récitent souvent le *Credo... visibilium omnium et invisibilium;* pour les plus ce dernier mot devrait faire ouvrir d'autres yeux, que ceux qui nous sont communs avec les brutes *inter quae exsulamus,* comme s'exprime N. S. P. [Ignace] [6].

Maryland. I, 89.

DLXXII.

AD R. P. GULIELMUM MCSHERRY [1],
Praepositum Provincialem.

Georgetown.

1. *Necessitas frequentioris commercii epistolaris.* — 2. *De Noviatu.* — 3. *Circa deposita seu peculia.* — 4. *Varia.*

Roma, 3 Aprilis 1835.

Necessitas frequentioris commercii epistolaris.

1. — Ultimas ego dedi ad R.m V.m [litteras] d. 23 Augusti. Ex eo tempore nullae ad me pervenere litterae a R. V., nisi altero mense, quo advenit epistola exterius notata *Nov. 29, Frederick.* Ex hac video, alteras fuisse datas a R. V. die 11

---

[4] Lege: *White Marsh,* quo nomine domus noviciatus nuncupabatur: cf. GARRAGHAN, I, 26, 32, 346-349.

[5] Isti « *deux Samuels* » erant Fratres Scholastici SAMUEL BARBER et SAMUEL MULLEDY, qui tunc theologiae studebant in Collegio Romano.

[6] In Exercitiis Spirit.

[1] P. GULIELMUS MCSHERRY (1799-1815-1839) fuit primus Praepositus suae *Prov. Marylandiae* annis 1833-1837, dein Rector Collegii seu Universitatis Georgiopolitanae, ubi quadragenarius praematura morte correptus est die 18 Dec. 1839. Cf. GARRAGHAN, vol. 1 *(passim).*

Septembris, quae non fuere perlatae ad nos. — Gravissimum mihi, et ultra quam dicere possim, in obscuro me esse circa res vestras, vix quoquam scribente, idque tam raro, ex iis qui statis temporibus iuxta *Formulam scribendi* (²) litteras ex officio dare tenentur. Nunc tamen cum illae Rae. Vae. litterae d. d. 11 Septembris perierint (quod alias numquam accidit), fieri potest, ut perierint et aliae aliorum. Ceterum ex non interrupta communicatione membrorum cum Capite *pendet salus;* nec mirum, male habere membra, quae cum Capite non corrispondent. — In his, quas accepi, litteris, Novembri mense datis, R. V. alteras intra mensem scribendas mihi promittebat; sed hucusque nihil advenit.

De Novitiatu.

2. — De Novitiatu quid dicam? — Vix aliter poterat facere R. V., quam fecit. Quamquam P. Dzierozynski (³) optimus [est] ac piissimus, non tamen ea habet, puto, quae in Magistro Novitiorum requiruntur. Si in Novitiatu non discitur *abnegatio* propria, et *mundi ac sui contemptus,* quae est conditio sine *qua non potest* quis esse verus Societatis filius, ubi quaeso discetur?

Circa deposita seu peculia.

3. — Circa deposita, seu peculia, est certe valde reprobanda Patris Gr. (⁴), *ita* ad Novitios loquentis, indiscretio; sed, quantum ad rei substantiam, nimis verum est, abusus multos fuisse circa ista, qui nunc in plerisque Provinciis sublati sunt; et ubi sublati non sunt, ut v. g. in Marylandia, non optime res aguntur, nec Deus, puto, nec S. P. Ignatius contentus esse potest. — Nuper aliquid audivi circa nescio quod peculium cuiusdam *P. Professi* (!), qui a Superiore Missionis in Conewago non solum repetit sortem, sed etiam census seu pro %, quod postremum est *omnino* religioso Professo *illicitum.* — De hoc R. V. pro Suo munere inquirat et certo Sibi persuadeat, talia, si committantur, vel sola sufficere, ut benedictio divina, etiam pro rebus temporalibus Provinciae, subtrahatur. Ego experientia video, in iis Provinciis maiores esse rei temporalis angustias, ubi minus perfecte paupertas privatorum servatur, ubi et peculia vigent, etc. Sed nec zelus animarum esse potest, ubi est iste proprietatis spiritus. Primus seu infimus gradus est paupertas, prima beatitudo: *Beati pauperes;* quicumque ab hac non incipit, frustra contendet ad altiora et maiora.

4. — De Collegio (⁵) sollicitus sum et silentium Patris Rec-

(²) Cf. epist. CCXCIII, not. 2.

(³) P. Franciscus Dzierozynski (1779-1794-1850), patria Polonus, sed inde a constituta *Prov. Marylandiae* huic adscriptus, fuerat Superior Missionis Marylandiae annis 1823-1830. — Ut hic innuitur, nuper renuntiatus erat Magister Noviciorum (16 Dec. 1834), eoque officio, non obstantibus iis quae hic P. Roothaan de eo animadvertit, diu functus est, fortasse quia aptior non habebatur. Annis 1840-1843 toti Provinciae praefuit; deinde iterum Magister Noviciorum fuit. Cf. Garraghan, vol. I (passim).

(⁴) Innuitur ad P. Fidelem de Grivel, de quo cf. epist. praeced.

(⁵) Id est de Collegio seu Universitate Georgiopolitana (Georgetown), cuius Rector tunc erat P. Thomas Mulledy, *Prov. Marylandiae* (1794-1815-1860), qui fuit Praepositus Provincialis annis 1837-1840.

Rector Collegii mutandus.

toris, silentium sane longum et post tot monitiones dixerim fere silentium pertinax, sollicitudinem auget. — Mutandus ergo erit Rector necessario, vel si nulla alia ratio esset mutandi. Sed nil statuere possum, nisi prius litteras hac super re a R. V. accepero. Si quid tamen urgeret, posset R. V., re cum Consultoribus communicata, etiam non accepto nostro responso, Vice-Rectorem constituere.

Varia.

5. — Timorem, de Episcopatibus nostris hominibus imponendis, spero et confido, vanum esse. Certe hucusque nihil (6).

P. Helias (7), et sua et vestra causa, melius se haberet, puto, in Missouriana Missione, ex qua, spero, hoc anno aliqua fiet expeditio ad Occidentem in salutem Indorum.

Acceperit R. V. missam pridem epistolam de futura hoc anno Congregatione Procuratorum. — Item Catalogum Defunctorum elapso anno.

Nuper etiam misi ad Patrem Vespre (8) Encyclicam de *Exercitiis Spiritualibus* (9). — Habuistisne alteras altero anno datas de *Missionibus exteris?* (10).

Vale, Pater optime, scribe, scribe, scribe ad nos. Dominus assistat, et benedicat!

SS. SS. SS. me valde commendo.

Maryland. 1, 105 sq.

DLXXIII.

Ad R. P. Stephanum Dubuisson (1).

Philadelphie.

1. *Conqueritur de diuturno silentio.* — 2. *Gratias agit de nuntiis.* — 3. *Sollicitum se praebet de eius valetudine.* — 4. *De duobus Patribus eius sociis.*

Rome, 4 Avril 1835.

Conqueritur de diuturno silentio.

1. — Voulant vous écrire, mon bon Père, et commencer, comme c'est ma coutume, par dire la *date* de ma dernière

---

(6) In America per illos annos saepius quam alibi identidem expetebantur Nostri ad sedes episcopales, et P. Roothaan saepe debuit Constitutionum capita, quae id a Societate removere contendunt, strenue tueri. Cf. v. gr. Roothaan, *Epistolae*, vol. IV, pp. 343-346.

(7) P. Ferdinandus Helias, *Prov. Belgicae* (1796-1817-1874), missus revera est in Missionem (dein Provinciam) Missourianam, ubi plures annos inter Indos ad mortem usque laboravit: cf. Garraghan, I, 348 sq., 449 sqq.; II, 164-167, 246 sq.; III, 539 sq.

(8) Cf. epist. DLXX, not. 3.

(9) Vide in Roothaan, *Opera spirit.*, vol. I, pp. 357-366 (die 27 Dec. 1834).

(10) Vide *ibid.*, pp. 347-356 (die 3 Dec. 1833).

(1) Cf. epist. DLXX. — In catalogo ineuntis anni 1836 dicitur: *Superior Domus et Missionis Philadelphiensis.*

lettre, je suis étonné de trouver que je ne vous ai plus écrit depuis *le 9 Janvier 1834!* Est-il possible? Cependant, cela doit bien être ainsi. Et par votre lettre du 13 Octobre dernier, à laquelle je vais répondre, je vois bien que c'est cette lettre du 9 Janvier que vous aviez devant vous. Certes, vous avez aussi *trop* tardé! du 9 Janvier au 13 Octobre *neuf mois* se sont écoulés. C'est *trop.* Et la peine que vous avait causée cette lettre, bien malgré moi, aurait dû vous porter à m'écrire plus promptement, pour vous ôter cette épine du coeur. *Coeur ulcéré?!* Non, ce n'est pas le mot; au moins je ne le saurais croire. Cette expression de votre lettre est un *lapsus calami.* Mais, c'en est assez. Je pense que, si, au lieu de vous faire lire les paroles de ma lettre du 9 Janvier, j'avais pu vous les dire de vive voix, elles n'auraient pas produit un effet si triste. Est-ce donc que le P. Dubuisson ne connaît pas le P. Général!?

Gratias agit de nuntiis.

2. — Quoique vous disiez, mon cher Père, la relation que vous avez envoyée à moi, et à la Marquise de Montmorency (²), ainsi que celle sur votre station présente que vous m'avez fait remettre dernièrement par un jeune Mr Américain, étaient l'une et l'autre *très intéressantes.* Et je vous en remercie *beaucoup.* Voilà ce qui est bien.

Sollicitum se praebet de eius valetudine.

3. — J'avais appris, je ne sais de qui, que vous étiez fort malade. Jugez comme j'ai été peiné, ne recevant rien directement. Vous avez été le premier à me rassurer par et dans votre lettre. Il faut avouer que vous avez par là de bien *braves* gens. Quoiqu'il arrive, ils ne nous en disent rien, sauf que cela leur vienne casuellement à l'esprit, et que, par une grâce singulière, ils en disent un mot comme per *transennam.* C'est beaucoup, si, après quelque mois, après une année, *par un nouveau Catalogue* p. ex., nous apprenons que quelqu'un des Nôtres est mort. Heureux que nous prions tous les jours *pro fratribus absentibus,* et que toutes les semaines nous disons une Messe *pro defunctis extra Provinciam.* Sans cela vos *vivi et defuncti* seraient bien à plaindre. Je vous remercie donc aussi *beaucoup* des nouvelles sur votre santé. Dieu soit loué!

De duobus Patribus eius sociis.

4. — Votre mot sur le P. Helias (³) est assez conforme à l'idée que j'en ai depuis longtemps. Il est très bon *a suo modo.* Il est vrai cependant qu'ayant trouvé tout autre chose chez vous de ce qu'il cherchait, car il était pour le Missouri, et surtout peu de *pauvreté,* à laquelle il paraît qu'on n'entende pas grand'chose chez vous, il s'est trouvé comme hors de sa sphère. On le fait travailler, dit-on. C'est bien; il en a grand besoin. Il ne faudrait pas cependant qu'il travaillât à peu près lui seul, et que d'autres pour cela même prissent leur *bel tempo.*

(²) Marchionissa Constantia de Montmorency-Laval, filia Comitis Iosephi de Maistre, erat Societati addictissima et munifica benefactrix Missionum: cf. Roothaan, *Epistolae,* vol. V, pp. 808 sqq.

(³) Cf. epist. praeced., not. 7.

— Et sur le P. Ry..., qui a été quelque temps avec vous, pourquoi ne m'en avez-vous pas dit clairement vos observations? Hélas, oui! ce n'est pas dans votre Province que, sur le grand nombre, on doive juger de *l'esprit de la Compagnie.* Elle serait bien malheureuse. Mais vous, mon cher Père, continuez, *A. M. D. G.* et faisons nous autres de notre mieux: le reste *à la garde du Seigneur!*

Que le bon Dieu daigne continuer ses bénédictions sur vous et sur vos travaux! — Je me recommande à vos SS. SS. et suis de tout mon coeur etc.

Maryland. I, 106 sq.

DLXXIV.

Ad R. P. Stephanum Dubuisson (1).

Georgetown.

1. *Condolet quod res ex Europa allatae combustae sint.* — 2. *Varia.*

Rome, 17 Août 1837.

Je réponds à vos deux lettres du 8 Avril et du 5 Juillet.

Condolet quod res ex Europa allatae combustae sint.

1. — Tout ce que vous aviez recueilli a donc été brûlé!! Et vous, ne faites pas la remarque que bien d'autres ont faite avec moi, qu'il pourrait bien se faire que le bon Dieu n'eût pas été bien content de toutes les courses faites *pour recueillir* (car cette intention y était bien certainement, pour quelque chose!). Il me semble que, pour mon compte, je vous avais marqué plus d'une fois que je souffrais de ces courses, etc. Ceci soit dit, mon bon Père, uniquement pour vous suggérer cette même réflexion qui sert toujours, en rendant la résignation plus méritoire par là même qu'elle la pénètre de plus d'esprit d'humilité. Admirable Providence qui, en laissant périr ce que vous aviez recueilli pour votre Mission, a voulu conserver ce qui était pour le Kentucky (2) et pour les Soeurs de la Visitation. Que le Seigneur soit béni de tout!

Varia.

2. — La proposition que vous aviez entendue sur l'*entendement* (*vero discursu*) des animaux, est bien certainement intolérable. Je vous remercie de cette communication, et je m'en suis déjà servi.

(1) Cf. epist. DLXX et DLXXIII. — P. Dubuisson Romam venerat anno 1835, a sua Provincia deputatus ad triennalem Congregationem Procuratorum; sed deinde huc illuc discurrerat ad collegenda subsidia etc. pro Missionibus Americae (« toutes les courses faites pour recueillir ») et nimis distulerat redire in Americam, ita ut eum P. Roothaan urgere debuerit. Rediit tandem ineunte hoc anno 1837. Cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. V, pp. 821 sq.

(2) In Statu Kentucky tunc habebatur Missio et Collegium Sanctae Mariae, quae a Prov. Galliae pendebant.

Votre *notice* (toujours pour quêter) peut aller pour MMrs de l'Association de Lyon, et pour quelque ami. Mais certes je ne voudrais pas la voir publiée. Je ne l'enverrai pas non plus à Vienne; mais je ne laisserai pas ignorer le désastre. Il me semble entendre d'ici les remarques que les *amis* feront à Vienne.

Qu'on tâche de bien observer le *Quaerite primum*... et ne doutons pas de la seconde partie:... *adjicientur vobis; scit enim Pater vester, quid vobis necesse sit* (³).

Adieu, mon cher Père, et priez pour nous.

Je suis en union de vos SS. SS. etc.

Maryland. I. 136 sq.

DLXXV.

Ad R. P. Thomam Mulledy (¹),
Praepositum Provincialem.

Georgetown.

Mitigare festinat ea quae in praecedendi quadam epistola durius forte et severius expresserat.

Roma, 18 Septembris 1838.

Expedivi ante duos dies epistolam ad R.m V.m (²), per plures dies a me retentam, si forte aliquid litterarum a R. V. perferretur: expedivi tandem, et ecce! vix ista epistola missa fuit, cum accipio longas Rae. Vae. litteras easque optatissimas, quae sollicitudinem meam non parum leniverunt et fecere ut me quodammodo poeniteret illius epistolae, in qua vix non desperare me de spirituali statu Provinciae indicabam. — Itaque rescribo hodie statim, ut, si fieri possit, utraque epistola simul ad manus Rae. Vae. perferatur, et haec praesens alteram mitiget, et si illa acetum, haec oleum ferat; sic enim condimentum erit opportunum.

Mitigare festinat ea quae in praecedenti quadam epistola durius forte et severius expresserat.

[*Alia sequuntur ad ordinariam administrationem pertinentia, quae non est cur hic transcribantur*].

Maryland. 1, 156.

(³) Cf. *Matth.*, VI, 33.

(¹) P. Thomas Mulledy (cf. epist. DLXXII, not, 5) Prov. Marylandiae praefuit annis 1837-1840.

(²) Data fuerat illa epistola die 12 Sept. 1838, in eaque P. Roothaan conquerebatur de silentio Provincialis aliorumque Superiorum, et maxime de disciplina religiosa, quam tam taetris coloribus (ex relationibus fortasse nimis exaggeratis inde habitis) depingebat, ut « vix non desperare se de spirituali statu Provinciae indicaret », ut hic ipse dicit. Id quidem ex fervido quo flagrabat zelo processerat; sed paternum eius animum, melioribus acceptis nuntiis, duriusculae epistolae quodammodo poenituerat, et statim eam corrigere et mitigare contendit; ita ut nescias quid magis mireris, studiumne urgendi pro suo munere disciplinam religiosam, an sanctimoniam qua timet ne filios nimis acriter arguerit.

DLXXVI.

Ad R. P. Stephanum Dubuisson [1].

[*Alexandria?*].

1. *Varia.* — 2. *De Foedere temperantiae.*

Rome, 15 Mai 1841.

Varia.

1. — Je vous suis bien obligé pour votre lettre du 13 Mars et je ne puis qu'approuver votre conduite dans l'affaire des Soeurs. Nous avons bien assez de nos administrations propres sans nous jeter dans celles des autres, même des établissements de charité.

J'approuve aussi votre manière de voir dans les affaires politiques; n'y eût-il aucun autre inconvénient, ce serait déjà un assez grand que de nous distraire de nos ministères spirituels.

A propos de conversions: connaît-on et parle-t-on en Amérique de la controverse des Puséistes [2], qui occupe tant les esprits graves en Angleterre? Il paraît que leur nombre augmente chaque jour.

De Faedere temperantiae.

2. — Quant à la Société de tempérance, je ne pense pas qu'elle puisse être de longue durée. C'est un remède violent provoqué par l'excès des désordres et qui porte son danger dans cette violence même. Je conçois bien l'embarras où nos Pères doivent se trouver sous ce rapport, mais je ne saurais en aucune manière approuver que des Notres se fassent les promoteurs de cette oeuvre. Que nous sommes encore loin de la prudente circonspection de nos anciens! N'y a-t-il pas assez de motifs de révoquer en doute l'inspiration divine d'une entreprise, qui se propage avec tant de fracas et tant de commotion? Du moins faudrait-il attendre un peu pour voir l'effet. L'Eglise n'a jamais prêché l'abstinence totale, mais bien l'usage modéré du vin etc. Au contraire il y a eu plusieurs hérésies dont une semblable abstinence faisait partie du symbole. *Nolite omni spiritui credere.*

Je suis en union de vos SS. SS. etc.

Maryland. I, 192.

---

(1) Cf. epist. DLXX, DLXXIII, DLXXIV. — In catalogo huius anni 1841 P. Dubuisson indicatur ut unicus *Operarius* in Domo et Missione Alexandrina: sed in regesto non habetur locus quo epistola missa est.

(2) Disciplini Doctoris Pusey, e quibus multi dein in Ecclesiam Catholicam recepti sunt, ut Newman etc.

DLXXVII.

Ad R. P. Iacobum Lucas [1].

Georgetown.

1. *Laudat studium Exercitiorum.* — 2. *Versio tamen in linguam vernaculam non censetur opportuna.*

Roma, 11 Octobris 1843.

Laudat studium Exercitiorum.

1. — Accepi suo tempore litteras quas R. V. ad me dedit die 3 Maii proxime elapsi. Mihi valde placet studium quo R. V. fervet erga spiritualia Exercitia S. P. N. [Ignatii]. Illud iam litteris encyclicis commendavi toti Societati [2], et nullam praetermitto occasionem iterum illud privatim insinuandi. Inde enim pendet conservatio Instituti nostri, et fructus ministeriorum nostrorum in proximum.

Versio tamen in linguam vernaculam non censetur opportuna.

2. — Quod tamen attinet ad versionem in lingua vernacula, illam nedum utilem, damnosam potius existimo. Si enim ista uti liceat similitudine: quemadmodum pauci sunt inter saeculares homines, qui versione vernacula Sacrarum Litterarum *absque notis*, cum fructu uti possint; dum nullus est, nisi depravatum cor habeat, qui illas latine non legat maximo animae suae emolumento; ita paucos reperire est, qui versione vernacula Exercitiorum Spiritualium Beati Parentis nostri utilitatem haurire possint, quin maiorem illam percepturi sint vel ex textu originali hispanico vel ex versione litterali latina. Textus Exercitiorum *purus*, vix aliis quam Societatis nostrae viris convenit, cum vix alii sint qui succum in singulis aurei illius libelli particulis latitantem extrahere valeant; porro illi omnes vel textum hispanicum, vel versionem litteralem latinam adire possunt. Ratio quae induxit ad typis mandandum textum originalem hispanicum, nempe ut sic tollerentur exemplaria manuscripta in quibus multi irrepserant errores, adeo ut periculum erat ne depravaretur omnino ab amanuensibus opus genuinum Sancti Ignatii, nullam vim habet, ubi quaestio incidit de aliis linguis vernaculis. Quare existimo editionem polyglottam Exercitiorum non fore ad maiorem Dei gloriam. Pergat R. V. diligenter se tradere studiosae investigationi Thesauri istius, pro multis etiam Societatis nostrae viris, absconditi. Faxit Deux, ut omnes Marylandiae Patres, pari diligentia

---

[1] P. Iacobus Lucas, *Prov. Marylandiae* (1788-1829-1843), erat tunc Superior in Domo et Missione ad S. Iosephum, ut habetur in catalogo Marylandiae istius anni 1843 (pag. 10); sed forte omnes litterae Georgiopolim mittebantur, ubi Provincialis residebat et unde facilius ad singulas domos transmitti poterant.

[2] Die 27 Dec. 1834: cf. Roothaan, *Opera spirit.*, vol. I, pp. 357-366.

ediscant tractare id armorum genus, quod tantopere confert ad debellandum naturae humanae hostem!

Commendo me SS. SS. etc.

Maryland. I, 213.

DLXXVIII.

Ad R. P. Iacobum Curley (1).

Georgetown.

1. *Latine scribendum.* — 2. *Cur specula astronomica nunc apte instrui non possit.* — 3. *De morte R. P. Assistentis Germaniae.*

Roma, 15 Februarii 1844.

Latine scribendum.

1. — Accepi litteras, quas R. V. die 24 Decembris ad me dedit, anglica quidem lingua, cum latina sit materna nostra, quia tum Societatis tum Ecclesiae est lingua propria. Et hanc eo magis in litteris huc mittendis servari cupio, quod a Praeposito Generali non potest utique exigi, ut omnium nationum linguas discat.

Cur specula astronomica nunc apte instrui non possit.

2. — Laudo zelum, quem R. V. ostendit in iis promovendis, quae sanctae Religioni Catholicae eiusque ministris animos hominum conciliare videantur; magis etiam laudo, quod haec tamen non vult et desiderat, nisi cum approbatione Superiorum. Sic utique et aliter nullo modo haec externa et sua natura profana a divina Providentia diriguntur ad finem illum nobilem, quem solum spectare debemus.

Equidem significavi, displicere mihi constructionem speculae, sed propterea minime revocari permissionem, quam scilicet nunquam dedi. Id quidem concessi, ut summa illa pecuniarum, quam Nostrorum unus obtulit, in hunc finem acceptaretur; nullatenus autem, ut nunc statim talis specula, qualis incepta est, et eo loco aedificaretur. Quid enim? Specula illa longe distat a Collegio, magno apparatu novum plane aedificium pro ea sola est excitandum, et observatores, ubi erunt? Certe summa illa 5.000 scut. non sufficit vel ad aliquam partem novi aedificii: unde ergo reliqua? Fortasse a specula astro-

---

(1) P. Iacobus Curley, *Prov. Marylandiae* (1796-1827-1889), patria Hibernus, erat tunc in Collegio Georgiopolitano *Lect. Astron. Phys. et chim., Praef. musaei, Specul. Astron. et Viridarii botan.* (catal. anni 1844). Speculam autem, de qua in hac epistola, ipse paullatim instruxit et diu sciteque rexit: cf. Sommervogel, II, 1740 sq; item *The catholic Encyclopedia*, New-York, 1908, vol. IV, p. 579. — In regesto in quo haec epistola exscripta est, eius nomen legitur *Burley*, sed nemo erat tunc huius nominis, nedum in illa Provincia, in tota Societate: mendum amanuensis evidens apparet.

nomica pro religione propaganda sperari possunt, ut in his nostris angustiis tam sumptuosa suscipiamus? Videt igitur R. V. quare neque R. P. Provincialem ullo modo hortari possim ad opus istud promovendum, neque ipse donis quibusdam contribuere. Alia sunt opera et instituta, quae, quidquid opis praestare possumus, multo meliori iure sibi postulant.

Confido R.m V.m hac nostra voluntate cognita, nihil iam aliud curaturam quam ut res ita componatur, ut R. P. Provincialis statuerit. — Quod porro R. V. de opere Patris De Vico (2) scripsit, cum hoc communicabo.

De morte R. P. Assistentis Germaniae.

3. — Hic magno nostro dolore diem supremam obiit R. P. Aloisius Landes (3), Assistens [Germaniae], die 25 Ianuarii. Quia haec prima est epistola, quam ex illo tempore in Americam mittimus, rogo R.m V.m ut hunc nuntium cum R. P. Provinciali communicet, qui curabit, ut solita suffragia, tria scilicet Sacra a quovis Sacerdote et totidem Coronae a non Sacerdotibus, Deo pro anima defuncti offerantur. Rogo etiam, ut idem scribatur ad R. P. Provincialem Missourianae.

Commendo me SS. SS. SS. etc.

Maryland. I, 217 sq.

---

(2) P. Franciscus De Vico, *Prov. Romanae* (1805-1823-1848), insignis astronomiae cultor, magnum iam sibi acquisierat nomen et maiorem de se exspectationem fecerat, cum Londini anno 1848, dum instrumenta paranda curabat pro ipso Observatorio Georgiopolitano de quo hic agitur, praematura morte correptus est: cf. Sommervogel, VIII, 641-644; item *L'Università Gregoriana etc.*, pp. 154 sq.

(3) P. Aloisius Landes, *Prov. Romanae* (1767-1787-1844), fuerat Missionarius in Alba Russia, dein Praepositus illius Provinciae; Romam cum venisset, Rector fuit Collegii Germanici, ac demum Assistens Germaniae (1829-1844); cf. Sommervogel, IV, 1456 sq. — Pro quovis Assistente defuncto praescripta sunt tria Sacra a singulis Sacerdotibus illius Assistentiae celebranda, unum vero Sacrum a singulis Sacerdotibus in reliqua Societate: America tunc ad Assistentiam Germaniae adcensebatur.

Sectio VII.

AD VICEPROVINCIAM MISSOURIANAM (1).

DLXXIX.

Ad R. P. Carolum van Quickenborne (2),
Superiorem Missionis.

Florissant.

1. *Gratias agit et ampliores nuntios exspectat.* — 2. *Ad quaedam puncta respondet.* — 3. *Paternae commendationes.*

Roma, 21 Novembris 1829.

Gratias agit et ampliores nuntios exspectat.

1. — Accepi die 2 huius gratissimas sane litteras Rae. Vae. scriptas die 3 Decembris [1828], et missas denique 16 Martii anni currentis. Magnopere cupio, ut, si fieri possit, non tanto tempore *occasio* exspectetur. — Gaudeo summopere, et gratulor de omnibus bonis, et gratias ago pro notitiis datis; istae maxime sunt necessariae, ut in tam dissitis regionibus uno tamen eodemque Societatis spiritu omnia procedant, et R. V. cum suis Patribus ac Fratribus certius ac securius procedant ad maiorem Dei gloriam. Itaque ut quam maxime possit enucleatas notitias et genuinas de rebus omnibus mittat, Rae. Vae. pluribus commendare supersedeo.

---

(1) *Viceprovinciam* vocamus ex anticipatione; nam solum die 24 Decembris 1839 *Missio Missouriana* in Viceprovinciam, ac demum anno 1863 in veri nominis Provinciam erecta est. — De eius initiis, cf. Albers, pp. 89-92.

(2) P. Carolus van Quickenborne, *Prov. Belgicae* (1788-1815-1837), non solum conditor Provinciae Missourianae fuit, quae anno 1823 *Missio* inchoata, anno 1830 *Missio independens* (a quacumque Provincia nempe independens, soli Generali immediate subiecta), anno 1839 *Viceprovincia* erecta est, sed etiam primus Iesuita Societatis restitutae, qui missiones inter infideles aggressus sit. Qua de causa iure Xaverius novae Societatis Iesu quodammodo vocari potest. Anno 1823 ipse ut Magister Noviciorum cum toto Noviciatu ex loco White Marsh, inter Baltimore et Washington sito, invitante Episcopo Neo-Aurelianensi RR. DD. Ludovico Dubourg, in urbem St. Louis profectus est, ubi loco Florissant domum Societatis et parvulam scholam Indorum aperuit, saepius Indos ex tribu *Osages* visitavit et colonias Indorum conversorum adiuvante gubernio condendas excogitavit. Nimio labore exhaustus iam anno 1837 vita functus est. « Sanctus, quem tantum in hoc vitupero, — aiebat Archiepiscopus Baltimorensis Maréchal, — quod curam valetudinis neglexit ». (Otto, pp. 15, 25-27, 90-45, 403). Cf. etiam E. Laveille S. I., *Le Père De Smet*, Bruxelles, 1922, pp. 26-79; item Garraghan, vol. I, *passim*. — Director fuit (rigidior sane!) B. Philippinae Duchesne e Societate SS. Cordis, quae eum venerabatur ut sanctum: cf. Baunard-Giordani, *La B. Filippina Duchesne*, Isola del Liri, 1940, pp. 232-243.

Ad quaedam puncta respondet.

2. — Litterae istae Rae. Vae. sane responsum prolixius mererentur; sed, quod modo facere mihi per temporis angustias non licet, faciam alias. Nunc tantum ad praecipua quaesita respondebo, quantum licet, ne diutius differre cogar.

1°. Institutionem Indorum, qualem R. V. mihi descripsit, ut incipiatis, libentissime annuo, et subsidium aliquod ex eleemosynis, de quibus mihi disponere licet, mittam, scutorum, spero, 1000. Tantum ut ne quid inconsulto, ne quid praepropere fiat, sed ita provide, ut spes fundata sit operis perficiendi ac perpetuandi. Cavendum mihi quidem maxime videtur, ne in istiusmodi novam Indorum conversorum coloniam homines irrepant, qui fortasse conversionem simulantes omnia dein pessumdent. Si R. V. posset habere formam ac rationem, qua Patres olim nostri usi fuerunt in Paraquaria, illam oporteret, quantum fieri posset, imitari, cum experientia et successu probatissima sit.

2°. Inchoatum Ludovicense Collegium probo. Sed, quomodo procedat, edoceri debeo; et cavendum ne plus assumatur, quam praestari bene possit.

3°. De Novitiatu antequam statuam, scire debeo, quis, qua ratione Novitios instituere possit. Idem dicerem de Nostrorum istic studiis. Utinam fieri ista possint! Sed ni bene ac rite fiant, gravissimi periculi res foret. Itaque poterunt, si ita videbitur, qui postulant et idonei videantur, admitti quasi ad primam probationem, et institui, etiamsi formaliter nondum sit istic Novitiatus canonice, ut ita dicam, approbatus. — Cavendum summopere, ne studio augendi operariorum numerum, homines admittantur parum solidi, praesertim in virtute; nam certe in istis partibus maior etiam in hoc genere sollicitudo esse debet, quam usquam alias. Nisi qui totos se Deo sincero animo devoveant, obesse magis operi isti apostolico, quam prodesse, poterunt.

4°. De Patribus ex Gallia isthuc mittendis, videbimus, quid fieri possit. — P. Dubuisson iam missus est in Americam, in Marylandiam scilicet (3). — De hoc etiam videbimus. Sed tu, mi Pater, cave ita de tua ista Missione in Florissant cogites, ut illi soli prospiciendum maxime existimes. Nos enim *Catholici* sumus.

5°. Quantum ad ecclesiam Collegio Ludovicensi aedificandam: Cum iam habebis saltem dimidiam partem pecuniarum, quae necessariae erunt, *in manibus*, et reliquam dimidiam partem in *spe* bene fundata, incipias fabricam, per me licet, in nomine Domini. Sed firmum esto: *debita ne contrahantur*.

Paternae commendationes.

3. — Verum, circa fabricas, audio Rm. Vm. interdum eas inchoare absque determinata primum forma (*sans plan*) ac dein eas in medio opere abrumpere, et alias atque alias inchoare; haec ego, utpote mera detrimenta, probare non possum.

---

(3) De P. Stephano Dubuisson cf. supra, epist. DLXX, DLXXIII, DLXXIV, DLXXVI.

Audio etiam ex commixtione variorum, Indorum scilicet cum aliis mixti sanguinis, gravissima nasci incommoda, et corruptelas. Per Dei amorem! Corruptores eiice. In his rigida severitas est misericordia et pietas. Contrarium agere esset vera inclementia et crudelitas.

Cave demum, mi Pater, ne, dum Indorum saluti studes, Catholici negligantur. In [pago] S. Ferdinandi (4) praesertim querelas fieri non iniuste, doleo vehementer. Ergo Patri de Theux (5) curam istam, ut et ceterarum rerum, quas R. V. non potest, committat, nec velit per se facere omnia, id enim est moraliter et physice impossibile. Unicuique Patrum sua designentur munera, quibus Superior quidem invigilare debet, ut rite munere suo quisque fungatur, non vero agere ipse ea, quae ad illos pertinent.

De potu *Whiskey*, et de *husking party* quaedam mihi nuntiantur, quae et potum illum *universe* (nisi forte per modum pharmaci) et *recreationem* illam *omnino proscribendam* esse atque exterminandam, saltem *apud Nostros omnes*, suadent non modo, sed urgent atque exigunt.

Ceterum, Pater mi carissime, zelum tuum apostolicum laudo maxime ac probo. Deoque O. M. gratias ago, ac supplico ut porro laboribus tuis apostolicis benedicere pergat; illud solum commendo, ne ardore operandi abreptus, nimis multa suscipias, quae dein vix inchoata, in medio opere relinquas ut ad alia properes similiter inchoanda ac deserenda... Haec ego, fortasse immerito, timens pro illa solicitudine in qua qui preest versari debet iuxta Apostolum, eo magis probo consilium illud Rae. Vae. de fundanda ista colonia Indica etc.

Quae utinam etc.

Pav., sect. II, pp. 49-52.

DLXXX.

Ad R. P. Theodorum De Theux (1), Rectorem et Magistrum Noviciorum.

Florissant.

1. *Gratias agit.* — 2. *Ad plura quaesita respondet.* — 3. *Missionem inter infideles tandem inchoandam curet.* — 4. *Maiore lenitate suos tractare eorumque corda dilatare studeat.*

Roma, 6 Ianuarii 1835.

Ultimae meae litterae sunt de 21 Aug. et de 13 Sept. Binas dein a R. V. accepi datas nempe 23 Sept. et 10 Oct. atque huc allatas.

---

(4) In pago S. Ferdinandi apud Florissant habebatur Domus probationis seu Noviciatus.

(5) Cf. epist. seq.

(1) P. Theodorus de Theux, seu Detheux, *Prov. Missourianae* (1789-1816-1846),

Gratias agit.

1. — Gratum mihi fuit intelligere quod quae mense Maio commendaveram, sollicite curaverit R. V. ad effectum perducere atque ipse etiam P. Rector opus illud alacriter fuerit aggressus. Non dubito quin promptam hanc obedientiam ampla benedictione sit remuneraturus Deus qui liberalitate se superari non patitur. — Libenter istuc destinarem Patrem aliquem gravem qui iuvenes nostros in spiritu formare dirigereque posset; quem autem mittam, hic et nunc non video; fortassis occurret postea.

Ad plura quaesita respondet.

2. — Vidua illa, quam R. V. memorat, potest quidem suo in ministerio manere donec aliter R. V. provideat, id quod brevi futurum spero, quo quamprimum fieri possit, omnia istic ad Instituti normam serventur.

Quoad frequentiorem Communionem, solet illa quidem concedi Fratribus Coadiutoribus, sed Scholasticis etiamsi Novitiis nonnisi ad mentem Regularum, nempe necessitatis potius quam devotionis propriae rationem habendo (²).

Ultro permitto et suadeo, ut S. Stanislaus Kostka domus istius iam ab ipsius nomine nuncupatae Patronus et Titularis habeatur.

Natatio Nostris permitti non potest ne quidem sanitatis obtentu de medicorum consilio; si enim instar balnei adhibenda est, in cubiculo fieri debet.

In ultima Regularum Communium clare expressum est unumquemque Regularum communium et officiorum suorum memoriam singulis mensibus eas audiendo vel legendo renovare debere.

Missionem inter infideles tandem inchoandam curet.

3. — Atque haec de variis R. V. quaesitis; ad Indianam expeditionem nunc veniamus. Scribit R. V. oblatam a Gubernio fuisse scholam cum competenti sustentatione: si schola illa medios inter Indianos sita est, videaturque locus opportunus, admitti potest; sed in omni casu desidero valde ut tandem initium detur expeditioni illi, quam a nobis iam exspectat non modo Unitorum Statuum Ecclesia, sed ipsa etiam Sedes Apostolica (³). Quantum ad Socios illuc mittendos, sane opus est ut prudentia magna, maxima item caritate sint praediti, doctrina autem sufficienti. Desiderandum insuper ut sint in-

---

patria Belga, diu fuit Rector et Magister Noviciorum, Lector theologiae etc. Cf. Garraghan, vol. I, *passim;* Sommervogel, VII, 1969; Laveille, 42 sqq.

(²) De Communione frequentanda tunc strictiores, ut notum est, servabantur normae, et tunc quidem legitimae et approbatae, quae profecto nunc iam obsoletae habendae sunt: cf. epist. CCCCXLII, not. 12.

(³) Prae nimio labore inter catholicos colonos in istis immensis regionibus dispersos, Missio inter infideles paulatim neglecta erat. Tamen P. Roothaan saepius necessitatem huius Missionis inculcavit. Cum anno 1833 Secundum Concilium Provinciale Ecclesiae Americanae et Sacra Congregatio de P. F. totam Missionem inter Indos in occidente Statuum Unitorum Societati offerret, P. Roothaan 1834 hoc opus Patribus Missionis Missourianae tradidit (Otto, pp. 399-402).

dolis tranquillae, ne si fervidioris phantasiae, mox ad plura grandia molienda animum convertant et sic oblivioni dent praecipuum finem suum qui est gentium illarum conversio. Quod denique spectat rem pecuniariam, miratus sum R.m V.m nonnisi 200 scut. in opus illud destinata habere, cum ego ante annos aliquot scut. 1.000 istuc miserim in eumdem finem expendenda (4), eaque se reposita apud se tenere R. V. primo suae administrationis anno affirmaverit. Verum utut sit, ego libenter negotium istud Lugdunensi Associationi (5) commendandum curabo, quamprimum expeditioni initium datum cognovero; quin et cum ipsa Sacra Congregatione de Propaganda Fide agere potero super negotio isto.

Maiore lenitate suos tractare eorumque corda dilatare studeat.

4. — Finem impono enixe commendando, quod satis commendare non possum, ut scilicet R. V. non deponat curam sui praecipuam ut nempe suum gubernandi modum magis suavem efficiat, suos tractet maiori lenitate, fiducia, liberalitate, ne et ipsi onus suum ferant gementes. Misi per occasionem P. De Smet (6) vitam P. Pignatelli, nuper hic typis editam (7): illius lectionem R.ae V.ae valde utilem futuram confido. — Intellexi Nostros istic confiteri debere Patri alicui Novitio, et quidem scrupuloso, cum tamen non desit veteranus aliquis; quin et nonnullos ex tironibus scrupulis vexari; hoc ipsum me sollicitum tenet ne R. V. cordis sui angustias aliis communicet. Per Dei amorem, *dilatamini et vos*, cum Apostolo clamabo (8), et videbit R. V. quam alacriter sui omnes viam mandatorum sint percursuri. Tirones prae ceteris indigent fiducialiter tractari, amore trahi, non timore compelli.

Commendo me in SS. SS. Rae. Vae.

Missour. I, 7 sq.

---

(4) Cf. epist. praeced. (num. 2, 1°, pag. 488).

(5) Associationi, quae « Opus Propagationis Fidei », nuncupatur et tunc Lugduni sedem habebat.

(6) De clarissimo Indorum Americanorum Missionario P. Petro De Smet, vide infra, epist. DLXXXVI, not. 2.

(7) *Vita del Servo di Dio P. Giuseppe M. Pignatelli d. C. d. G.*, scritta dal P. Agostino Monzon, della med. Comp., Roma, Tip. Salviucci, 1833. — Causam beatificationis Patris Pignatelli († 1811) Pater Roothaan impense promovere coeperat, eiusque introductionem anno 1842 obtinuit. Idem Venerabilis Dei Servus recens ad altarium honores a S. P. Pio XI evectus est (21 Maii 1933).

(8) *II Cor.*, VI, 13.

DLXXXI.

Ad R. P. Petrum Verhaegen (1),
Rectorem Universitatis Ludovicensis.
St. Louis (Missouri).

1. *Superiorem totius Missionis eum constituit.* — 2. *Quattuor illi commendat praecipue curanda.*

Roma, 27 Ianuarii 1836.

Superiorem totius Missionis eum constituit.

1. — Nuper dedi litteras ad R. P. Detheux (2), quibus R. V. promotionem ad professionem solemnem decrevi, et munus gubernandi universam istam Missionem demandavi (3). In hanc cogitationem deveni, ut P. Detheux ab illo gubernandi munere sublevatus melius possit totum in formandis Novitiis numerosioribus iam sese impendere, ac R. V. novis viribus novoque animo gubernationem Missionis assumens, eamdem rite ordinando ita disponat, ut aliquando, crescentibus operis, Vice-Provincia, vel etiam Provincia dici possit (4). Quod faxit Deus!

Quattuor illi commendat praecipue curanda.

2. — Pauca nunc commendanda habeo:

1° Ut Ra. Va. frequentibus litteris, iuxta *Formulam scribendi* (5), mecum communicet. Hoc *in capite libri.*

2° Ut primae vestrae vocationis isthuc memor, Indianam Missionem valde cordi habeat ac foveat (6). P. Van Quickenborne scripsit ad nos de sua excursione ad Indos facta anno elapso, deque Missione apud illos hoc anno formanda demum ac stabilienda (7). Rem hanc valde R. V. commendo, et spero non remansurum propositum hoc effectu vacuum, sicut accidit abhinc annis sex. — Sed ad R. P. Van Quickenborne scribo

(1) P. Petrus Verhaegen, *Prov. Missourianae* (1800-1821-1868), unus fuit e iuvenibus Belgis qui in Americam cum Rev. D. Nerinckx anno 1821 appulerunt, ut ibidem in Societatem admitterentur (cf. Laveille, 14 sqq.), Sacerdotio auctus anno 1826, die 1 Sept. 1831 iam renuntiatus erat Rector Collegii seu Universitatis Sancti Ludovici, in eoque munere perseveravit per aliquod tempus etiam post assumptum die 26 Mart. 1836 regimen totius Missionis, quam ita promovit ut die 24 Dec. 1839 in Viceprovinciam erigi potuerit, cuius ipse primus Praepositus fuit (1840-1843). Fuit deinde Praepositus Prov. Marylandiae (1845-1848), aliisque in sua iterum Viceprovincia magni momenti muneribus functus est. Dioecesis quoque Sancti Ludovici Administrator Apostolicus fuit, nec defuit qui eum Sanctae Sedi proponeret ut Episcopum Coadiutorem eiusdem Dioecesis. Obiit ad Sancti Caroli in Missouri die 21 Iulii 1868. Cf. Garraghan, vol. I, *passim;* item Otto, 403 sqq.; Sommervogel, VIII, 397.

(2) Cf. epist. praeced.

(3) P. Verhaegen re vera sollemnem professionem nuncupavit die 26 Martii illius anni 1836, eodemque die totius Missionis regimen assumpsit: cf. catal. Miss. Missourianae ineunte anno 1837 (in append. ad catal. eiusdem anni Prov. Belgicae).

(4) Cf. epist. DLXXIX, not. 1.

(5) Cf. epist. CCXCIII, not. 2.

(6) Id iam commendaverat etiam in epist. praeced.

(7) Anno 1835 P. Van Quickenborne (de quo cf. epist. DLXIX) excursionem ad tribus *Kickapu* et *Potowatomi* instituerat, ut videret, ubi et quomodo inter ipsos missio stabilis erigi posset; et re vera mox huiusmodi Missiones stabiles instituere coepit. (Otto, pp. 402-403).

etiam ne existimet se in sua Missione ita cum methodistis certandum, ut eorum opulentiae et commodis et divitiis, divitias item et commoda et opulentiam opponere se debere credat. Error hic foret perniciosissimus, et e diametro spiritui et praxi evangelicae oppositus. Curemus bene intelligere, quae S. P. [Ignatius] nos docet in Meditatione de *duobus vexillis*, in qua praesertim docentur ii, qui Christi ministri esse contra diaboli ministros velint. — De necessariis utique providendum est. Sed ista necessaria non sunt adeo multa. Ni paucis contenti cum spiritu *paupertatis* ad opus evangelicum prodeamus, parum boni solidi efficere poterimus. Ita certe Christus Dominus, ita Apostoli, ita Patres nostri (8).

3° Ut *omnino* curet studia nostrorum iuvenum rite distribuere, ut aliquando ordinate res fiant. Exiguus numerus personarum effecit, ut hucusque minus ordinate ista procederent; iam, aucto numero, melius ordinari poterunt. — P. Van de Velde (9) et Mag. Van Sweevelt (10) aliquando *studia compleant*. Iam nimis diu boni isti viri *sacrificati*, ut ita dicam, fuerunt.

4° De *Minervali* (11) mihi dubium grave ortum est, circa validitatem dispensationis. Ratio enim praecipua dispensationis erat, quod honesti cives nollent filios suos ad Scholas *gratuitas* mittere. Iam vero contrarium docet experientia in Civitate Fridericopolitana sub Patre McElroy (12). — Ceterum ita nobis Providentia divina liberaliorem se praebebit, quo nos pressius Instituti nostri legibus insistemus. Ista nunc hac prima vice sufficiant.

Interea SS. me SS. commendo et omnem precor in novo munere benedictionem.

Missour. I, 18 sq.

---

(8) Ceterum ipse P. Van Quickeborne eodem spiritu alte imbutus erat, et paupertati et mortificationi inclinis quandoque potius ultra limites usque ad duritiem: cf. v. gr. BAUNARD-GIORDANI, *La B. Filippina Duchesne*, 1940, pp. 236-243; item LAVEILLE, 27-39, 51 sq. etc.

(9) De P. IACOBO VAN DE VELDE vide infra, epist. DLXXXIII, not. 2.

(10) P. IUDOCUS VAN SWEEVELT, *Prov. Missourianae* (1804-1828-1841), erat tunc *Magister*, nondum Sacerdos, in Universitate Sancti Ludovici, ubi etiam post sacerdotium Lector fuit physicae dein theologiae etc.: at ibidem praematura morte correptus est nondum quadragenarius die 10 Maii 1841.

(11) De *Minervali* seu retributione pro scholis, cum ex Instituto scholae deberent esse gratuitae, et officium docendi, ob finem apostolicum quo assumitur, habendum sit velut unum e sacris ministeriis, pro quibus Societas nullum admitteret stipendium, P. Roothaan semper vehementer angebatur, quamquam, ob legitimas rationes quae hic tanguntur et alicubi etiam ob necessitatem supplendi fundationes Collegiorum iam deperditas, dispensationem Apostolicam obtinuerat pro America, Anglia, Hibernia etc.: cf. Ordinationem die 1 Febr. 1833 datam, quam infra inter *Ordinationes* afferemus. Usque ad finem vitae suae hac de re erat sollicitus, et sunt qui putent hanc unam fuisse ex causis ob quas optimus Pater ineunte anno 1853 convocasset Congregationem Generalem, quae quidem de facto eo anno, sed ad eius successorem eligendum, convenit. Cf. PIRRI, 524 sq.

(12) P. IOANNES MCELROY, *Prov. Marylandiae* (1782-1804-1877), erat tunc Vice-Rector Collegii Fridericopolitani in Marylandia.

DLXXXII.

Ad R. P. Ioannem Antonium Elet (1),
Rectorem Collegii.

St. Louis.

1. *Gratias agit de litteris acceptis.* — 4. *Quaedam peculiariter pro Collegio commendat.* — 3. *« Desidero ut eadem iterum commendare ne debeam amplius ».*

Roma, 27 Octobris 1838.

Gratias agit de litteris acceptis.

1. — Acceperit R. V. meas ultimas de mense Maio; nunc pervenerunt ad me litterae quas pro suo Rectoris et Consultoris (2) officio 21 Augusti scripsit. Gratias de illis habeo in primis, agoque plurimas. Quos in illis notat naevos, post litteras mense Iulio ad P. Superiorem (3) a me directas iam nunc emendatos confido, quantum sperare licet inter homines, bonae [quidem] voluntatis, sed semper homines.

Quaedam peculiariter pro Collegio commendat.

2. — Interim R.ae V.ae satis commendare non possum, ut ita in Collegio sint labores distributi, quo suum cuique tempus ad quotidiana pietatis officia parte nulla imminutum remaneat; ut omnis omnino alumnorum ad Nostrorum cubicula accessus prohibeatur; ne unquam soli e Collegio egredi alumni permittantur; ne sub quocumque obtentu retineantur qui morum corruptela sociis suis periculo essent; ut finem accipiant lautiora convivia cum externis in Collegio et Nostrorum ad externorum convivia accessus; externi nonnisi rarissime ad mensam nostram admittantur, et tales solum quibus id sine offensione recusari non posset, talisque tum et non alia sit victus ratio qualem decet religiosos Societatis, nihil cibi aut potus (*vini* tam frequens usus certe nec regioni convenit, nec proin aedificationi!) illic appareat quod luxum sapiat saecularium conviviorum; consueta ad mensam lectio vix unquam omittenda etiam cum adsunt externi. Desidero etiam ut sibi sufficiat Collegium; quod non erit difficile si ab inutilibus expensis abstineatur.

« Desidero ut eadem iterum commendare ne debeam amplius ».

3. — Haec sunt quae R.ae V.ae commendata visa sunt: desidero autem ut eadem iterum commendare ne debeam amplius. Facile erit iuvenes nostros vero vocationis spiritu imbuere, il-

---

(1) P. Ioannes Antonius Elet, *Prov. Missourianae*, (1802-1821-1851), patria Belga, fuerat Minister ex Praefectus studiorum Collegii seu Universitatis Sancti Ludovici, cuius dein fuit Rector (1837-1840); tum fuit primus Rector Collegii Cincinnatensis in Ohio (1840-1847); ac demum, post arreptum iter Romanum electus Procurator suae Viceprovinciae ad triennalem Congregationem Procuratorum (anno 1847), fuit eiusdem Viceprovinciae Praepositus (cf. epist. DLXXXVII). Cf. Garraghan, I, 16-22, 510-549; III, 169-179, et alias *passim*.

(2) P. Elet inde ab anno 1834 erat etiam unus e quattuor Consultoribus totius Missionis.

(3) Id est: ad P. Superiorem Missionis Missourianae, qui erat tunc P. Petrus Verhaegen: cf. epist. praeced.

losque obedientes habere, in fervore conservare, si exemplo praeeant Superiores et veterani Patres; si hi minus iunioribus familiares, erga invicem autem reverentiores, deque mutua existimatione magis solliciti fuerint. Omnia denique spero, modo religiosi spiritus prima sit cura.

Commendo me in SS. SS. etc.

Missour. I, 56 sq.

DLXXXIII.

Ad R. P. Petrum Verhaegen ([1]),
Praepositum Vice-Provincialem.

[*St. Louis*].

Dolet de querelis circa eleemosynas. — 2. Ostendit querelas iustas non esse. — 3. Aliarum quoque Missionum ipse memor esse debet.

Roma, 8 Septembris 1842.

1. — Ab uno e praecipuis Dom. Directoribus Associationis Propagationis Fidei in Belgio, accepi Patrem Van de Velde ([2]) conquestum esse, quod Missouriana *vix quidquam acceperit ex subsidiis*, quae illa Associatio ex collectis eleemosynis quotannis distribuere solet. Gravis profecto querela, quae, ad me delata, non alium scilicet accusat nisi ipsum P. Generalem, cui committitur cura distribuendae summae totalis, quae Societatis Missionibus ab illa Associatione conceditur. Dolet de querelis circa eleemosynas.

2. — Quam vero iusta ([3]) sit ista accusatio, videre quisque potest, si *rationes dati et accepti* inspiciat, quae in fasciculis illius Associationis quotannis impressae leguntur. Ex illis patet, prae omnibus Societatis Missionibus abundantius a me fuisse tributum Missourianis. — Illud etiam adiungo, quod solus ego dicere possum quia solus id scio, me immo, si respectivas variarum Missionum necessitates solum spectas- Ostendit querelas iustas non esse.

([1]) Cf. epist. DLXXXI.

([2]) RR. DD. P. Iacobus Oliverius Van de Velde, *Prov. Missourianae* (1795-1817-1855), patria Belga, erat tunc Rector Collegii seu Universitatis Sancti Ludovici, sed recens in Europam venerat ad Congregationem triennalem Procuratorum et per Belgium transiverat antequam in Americam repeteret; qua occasione certe has querelas paululum inconsultas protulit. Fuit deinde Praepositus suae Viceprovinciae (1843-1848), Episcopus Chicagiensis (1848-1853) et Episcopus Natchetensis (1853-1855), quo in munere mortuus est in urbe Natchez (Mississipi) die 13 Nov. 1855. Cf. Garraghan, I, 497-518; II, 129-138; Sommervogel, VIII, 549 sq.

([3]) Ita legitur in regesto; at legendum videretur « *iniusta* », nisi forte Patrem Roothaan per levem quandam ironiam etiam hic loqui putemus, ut paulo infra « ... quam gratum accidat... ».

sem, plerumque minus vestris, plus aliis attributurum fuisse. Egi cum Missouri liberalius, quod scirem id Dominis Associationis cordi esse, ob Belgarum eleemosynas. — Hoc ipso anno, quo Missiones Societatis notabiliter creverunt, ac proin etiam earum necessitates; quo et subsidium aliquod attribui debuit Nostris Hispanis, qui numero 50 circ. in Bonaurensi Missione dispersi sunt; — quoque minor summa, quam anno praeterito, dispositioni meae concessa est; [hoc, inquam, anno] plus attribui Missioni vestrae quam ulli alteri. — Iam cogitet R. V., cogitet ipse P. Van de Velde, quam gratum accidat eius Patris amaras querelas audire...! quasi ego minus benigne agerem erga Missouri! (sic enim interpretati sunt in Belgio, qui illas querelas audierunt, et ad me detulerunt, ut scilicet ego in distributione largior sim erga Missourianos). Ceterum ille etiam de Nostris in Belgio conquestus est, quod scilicet gnari locorum et personarum non existimarint prudenter peti posse ab iis, qui tam multa dederunt et porro dant et petentes fastidiunt. Ego etiam scio, Associationem Propagationis Fidei aegerrime ferre Missionariorum, et Episcoporum etiam, concursationes ad petenda subsidia.

Aliarum quoque Missionum ipse memor esse debet.

3. — Equidem necessitatibus vestris compatior; — sed si vos nonnisi vestras videtis, ego etiam aliarum Missionum videre debeo. Illud certum est, cum publicabitur, distributio, quam hoc anno feci, varias Missiones v. g. Maduré, Syriae, Bonaurensem, non improbabiles habituras esse rationes mirandi, quod sibi tam parum, Missourianae tam multum tributum sit. Et illorum quidem admiratio non erit iniusta; at Patris Van de Velde non tacita solum admiratio, sed verbis prolata, et apud saeculares, querela nec iusta est, neque animo, quem ego erga ipsum et erga Missouri exhibui, ex aequo respondet (4). Attribui Missourianae pro hoc anno 30.000 fr., ex quibus insinuavi 10 mittenda in Belgium, ad vestra scilicet debita ibi exstinguenda, 20 ad R.m V.m mittentur. Si plus adsignare potuissem, fecissem profecto libentissime. — Pro Germanicis Missionibus hoc anno nihil accepi, saltem hucusque nil Vienna scriptum est.

SS. SS. me commendo etc.

Missour. I, 136 sq.

---

(4) Huius querelae optimi ceteroquin Patris Van de Velde Pater Roothaan, ut solebat, facile dein oblitus est, et suam illi fiduciam plenissime servavit: anno proxime sequenti, die 17 Sept. 1843, eum Praepositum Viceprovinciae constituit (cf. not. 2).

DLXXXIV.

Ad R. P. Petrum Verhaegen [1],
Praepositum Vice-Provincialem.

[*St. Louis*].

1. *Valde timet de detrimentis spiritus.* — 2. *Ad quaesita respondet.*

Roma, 30 Martii 1843.

Valde timet de detrimentis spiritus.

Hoc sibi persuadeat R. V. aliisque item, quibus id necessarium fuerit, meis verbis dicat: « Esse quidem quod angamur de rei oeconomicae isthic statu. Sed incomparabiliter magis angi nos debere ob detrimenta spiritus, et Instituti nostri in tam multis vel oblivionem, vel negligentiam. Si esse tales non curamus quales nos esse vocatio nostra postulat, quid sperandum? Imo vero quid non timendum? — *Vos estis sal terrae; quod si sal infatuatum fuerit...!* Si, in ista Americana terra, spiritum ibi apud saeculares dominantem, Societatis nostrae homines, qui *spiritu Christi agi* debent, induant vel sequantur, quid fiet? Quae poterit esse spes fructus solidi? Imo quae non ruina in illis ipsis timenda? Quam parum respondent ista mala praesentia generosis illis et vere apostolicis initiis Missourianae Provinciae! Ne, quaeso, tantorum laborum fructus et merita perdatis! »

Ad quaesita respondet.

2. — *P. S.* — Litteras binas R.ae V.ae de 20 et 24 Ianuarii rite accepi, gratiasque ago. Catalogum hucusque non accepimus. Gratias quoque de Relatione Germanicarum Missionum. Doleo valde de iactura tot sacrorum paramentorum, librorum etc.... [*Dominus dedit*], *Dominus abstulit!*

Ad duas propositiones quod spectat, illae nec tuto, nec publice, nec privatim a quoquam teneri aut defendi possunt: supponunt ignorantiam Theologiae satis crassam.

1ª Nempe: *Nullus acatholicus seu Protestans, etiamsi sit rite baptizatus in sua secta, et invincibiliter ignoret Ecclesiam Romano-Catholicam esse solam veram Christi Ecclesiam, elicere potest actum fidei supernaturalis.* Est falsa prorsus; talis enim in baptismate infusos accepit habitus supernaturales fidei, spei, caritatis, ceterarumque virtutum. Qui habitus non amittuntur nisi per grave peccatum contrarium, sic fides per actum infidelitatis formalis etc. Quamdiu igitur Protestans ille in bona fide versatur et nullum formalis infidelitatis peccatum committit, actus fidei supernaturalis elicere valet.

[1] Cf. epist. DLXXXI et DLXXXIII.

2ª *Nullus eiusmodi christianus aeternum salvari potest, nisi a Deo perducatur ad explicitam ipsius Ecclesiae Catholicae cognitionem.* Saltem temere et imprudenter populo proponeretur: quis enim limitare praesumat divinae Misericordiae vias respectu illorum qui per verum baptisma ad veram Ecclesiam pertinent et ab eius externa professione sine ulla sua culpa exclusi reperiuntur? Scimus utique extra veram Ecclesiam neminem salutem consequi posse; sed aeque certum est neminem adultum absque propria culpa damnari.

Missour. I, 139 sq.

DLXXXV.

Ad RR. PP. Missionarios apud Potowatomios (1).

1. *Nuntia desiderat.* — 2. *Quaedam puncta ad quae singuli separatim respondeant.*

Roma, 13 Ianuarii 1844.

Nuntia desiderat. 1. — Sat longum tempus est, ex quo de Missione ista notitiarum fere nihil accepimus. Id autem eo magis miramur quod propter bonam nationis Potowatomiorum (2) indolem, uti ferebatur, magna initio esset et nostra et omnium exspectatio messis omnino copiosae. Erant praeterea stationes duae quae dein ad unam solam redactae fuerunt quod in earum una tempus inutiliter teri dicebatur, qua super re aliquid latius, distinctiusque cognoscere voluissem. Ad vos igitur, Reverendi Patres, hasce litteras dirigo, ut claram completamque expositionem accipiam eorum omnium quae ad hanc Missionem spectant, tam quoad Nostrorum istic conditionem vitaeque rationem, quam quod ad ministeriorum modum et fructum. Scilicet desidero ex iis quae per Dei gratiam recte geruntur

(1) Distinguuntur duae turmae tribus *Potowatomi:* campestres et silvestres. Inter primos, qui omnes fere pagani et ad Evangelium suscipiendum minus dispositi erant, anno 1837 ad Council Bluffs prope Leavenworth una statio erecta erat, sed anno 1841 relicta est. Labor missionarius inter Potowatomios silvestres, ex quibus iam plures centum catholici erant, partim ex tempore antiquae Societatis, eodem anno 1837 coepit et anno 1838 ad Rivum Sacchari (Sugar Creek, Kansas) stationem accepit. Has duas Missiones ab anno 1841 coniungebantur ad Rivum Sacchari et fervore neochristianorum florebant. Cfr. Otto, pp. 404-499; item Garraghan, I, 425-446; II, 175-228. — Patres qui hoc anno 1844 in illa Missione versabantur erant: P. Felix Verreydt (1798-1821-1883), P. Christianus Hoeken (1808-1832-1851), P. Petrus Verheyden (1809-1835-?), cum tribus Fratribus coadiutoribus (inter quos Fr. Andreas Mazzella, de quo cf. epist. DLXX, notas 5 et 6).

(2) Haec tribus Indica (de qua cf. supra, not. 1), cuius nomen in regestis et in catalogis et apud Otto semper *Potowatomi* scribitur, apud Garraghan semper scribitur *Potawatomi.*

aliquid accipere consolationis, quo ad bonorum omnium Largitori gratos nos exhibendos excitemur, aliique ad similes labores aspirantes exemplo vestro animentur. Ex iis autem quae minus bene fiunt, nam homines sumus, ex miseriarum causis, ex religiosae observantiae impedimentis consilium capere licebit quid remedii locorum, personarum, rerumque adiuncta postulent, quo efficacius Maior Dei Gloria, Nostrorum nempe et aliorum salus et perfectio promoveantur.

Quaedam puncta ad quae singuli separatim respondeant.

2. — Ut autem nihil desit ad completam rerum omnium cognitionem, Socii omnes in ista Missione degentes singuli singulas separatim litteras scribant, nobisque accurate exponant: 1°. Quî se habeat officiorum spiritualium diurnus ordo et exsecutio; an scilicet suum cuique exercitio tempus assignatum sit et ab omnibus tribuatur; num quotidie meditationis puncta et hebdomadatim doctrina christiana regulaeque Fratribus explicentur, suisque temporibus ad omnes exhortatio habeatur. - 2°. An vota regulaeque diligenter serventur, ceteraque ad vitam communem et uniformem spectantia; maxime vero in agendi et conservandi cum externis, cum personis alterius sexus, cum Monialibus ratione, quae in Instituto praescribuntur, an exacte et cum omnium aedificatione custodiantur; num vigeat caritas et animorum coniunctio non modo inter Nostros sed et Nostros inter et externos. - 3°. Quae sint ministeria, qua varietate, frequentia, fructu, tam in ipso loco Residentiae, quam in circuitu per excursiones; quot et ubi fiant huiusmodi temporariae stationes; num ecclesiae seu oratoria teneantur omnino munda et rite ordinata, sintne sufficienter de necessariis instructa; num in divinorum officiorum, in Sacramentorum administratione Romanus ritus et praescriptae rubricae accurate et cum decore serventur; quae denique est populi christiani frequentia, numerus, augmentum; quae fidelium pietas, profectus etc.; quis infidelium numerus, quae reducendi spes, quae media adhibeantur, adhibendave viderentur; an ex parte Nostrorum aliquid deficiat quominus illorum reductio et salus obtineatur etc.

Atque haec sunt fere quaesita, ad quae accuratas responsiones exspecto et quidem quo citius eo melius. Maxime mihi cordi est Missio ista; quo autem ampliorem illius curam agere valeam, distincte omnia et veluti ob oculos posita cognoscere necesse est.

Omnes vos in visceribus Christi amplector, Patres Reverendi Fratresque carissimi, meque in SS. SS. et OO. commendo.

---

issour. I, 165 sq.

DLXXXVI.

Ad R. P. Petrum de Vos (1).

[*Oregon Territory*].

1. *Commercium epistolarum immediatum cum Praeposito Generali non est impediendum.* — 2. *Novus Superior Missionis Montium Saxorum annuntiatur.* — 3. *Itinera extensa P. De Smet displicent.* — 4. *Rectus ordo inter vitam religiosam et missionariam tenendus.*

Rome, 8 Août 1845.

Commercium epistolarum immediatum cum Praeposito Generali non est impediendum.

1. — Votre bonne lettre du 29 Octobre m'a fait grand plaisir, à raison des informations exactes qu'elle contenait. Oh que je regrette que vous ayez cédé au P. De Smet (2) vos notes et relations! Ce Père, quoique Supérieur, n'avait pas le droit de vous les demander et vous empêcher de nous les envoyer. C'est directement contre l'Institut.

Novus Superior Missionis Montium Saxorum annuntiatur.

2. — Du reste, comme il avait demandé d'être délivré de la charge de Supérieur, je l'ai exaucé. J'ai nommé Supérieur de la Mission le P. Joset (3), et vous, mon Père, son Consulteur avec les PP. Accolti (4) et Mengarini (5). J'espère que cela ira mieux et qu'on cherchera la *solidité* dans les Chrétientés qu'on forme. Le P. Supérieur, avec le conseil des Consulteurs, a le pouvoir de délivrer la Mission, et même la Compagnie, de ceux qui mériteraient d'être renvoyés, p. ex. P. Point, Fr. Huet (6).

---

(1) P. Petrus de Vos, *Prov. Franciae*, (1797-1825-1859), erat Missionarius inter Indos Montius Saxosorum; fuit etiam Magister Noviciorum. Cf. Garraghan, II, 267-394 *(passim)*; III, 133-149.

(2) P. Petrus De Smet, *Prov. Missourianae* (1801-1837-1873), clarissimus Missionarius Indorum, missiones in Montibus Saxosis anno 1840 instituere coeperat, et eorum primus Superior fuit. Sed P. Roothaan non sine ratione eius methodo missionaria non plene contentus erat. Inde ab anno 1846 P. De Smet desinit esse Missionarius sensu proprio; tamen ut Procurator Missionis, Scriptor egregius et indefessus ac strenuus Indorum defensor summe meritus est. Cf. Otto, pp. 419-450; Laveille, op. cit., *passim*; Garraghan, in singulis tribus voluminibus, *passim*; Sommervogel, VII, 1307-1310; *The Catholic Encyclopedia*, New-York, 1908, IV, 752 sq.

(3) P. Iosephus Joset, *Prov. Germaniae superioris* (1810-1830-1900). Cf. Garraghan, II, 290-433 *(passim)*.

(4) P. Michael Accolti, *Prov. Romanae* (1807-1832-1878), fuit Missionarius inter Albos Territorii Oregoniensis, dein ab anno 1849 Superior Missionis Oregoniensis et Conditor Missionis Californiae: cf. Otto, pp. 444, 448, 515); item Sommervogel, I, 28; Garraghan, II, 300-440 *(passim)*.

(5) P. Gregorius Mengarini, *Prov. Taurinensis* (1811-1828-1886), Missionarius praestantissimus inter tribum « Têtes Plattes »: cf. Otto, pp. 424, 434, 441, 446-448, 515; Sommervogel, V, 946.

(6) P. Nicolaus Point, *Prov. Campaniae* (1799-1826-1868) et Fr. Coad. Carolus Huet, *Prov. Taurinensis* (1805-1835-1856), non dimissi sunt. P. Point inter Indos Oregonienses et Canadenses optime laboravit. Fuit quidem indolis aliquomodo difficilis, tamen a P. De Smet Superiore omnino falso diiudicatus est (Otto, pp. passim; G. J. Garraghan S. I.: *Chapters in Frontier History Research Studies in the Making of the West*, Milwaukee 1934, pp. 136-157).

3. — Sur toutes les courses du P. De Smet, sur Willamette ([7]), etc. je dis au P. Joset ce que j'en pense, et d'après ce que vous m'en avez écrit, mon cher Père; car vos idées me semblent très justes. Comment abandonner les Néophytes des Montagnes Rocheuses? Comment ne faire que courir, baptiser çà et là, et puis abandonner? Non, non.

Itinera extensa P. De Smet displicent.

4. — Tâchez tous, mes chers Pères, de conserver l'esprit religieux, c'est là le point capital. *Religieux* avant tout, même avant le *Missionnaire* et l'*Apôtre*, car ni vrai Apôtre, ni Missionnaire, si on cesse d'être Religieuz.

Rectus ordo inter vitam religiosam et missionariam tenendus.

Commendo vos Deo et verbo gratiae ipsius, et suis en union de vos SS. SS. etc.

Missour. I, 193.

DLXXXVII.

Ad R. P. Ioannem Antonium Elet ([1]), Praepositum Vice-Provincialem.

St. Louis.

1. *Quid agendum cum Scholasticis et Patribus Germanis.* — 2. *Eorum iudiciis nimis severis aliquid veri subesse fatendum est.*

Roma, 14 Nov. 1850.

1. — Accepi litteras d. d. 22 Sept., et gratias ago, pro accurata rerum expositione. Iam scripsi R.ae V.ae et in eandem sententiam etiam Patri Minoux ([2]), nullatenus scilicet mihi probari, Scholasticos, nedum Patres, Provinciae Germanicae Superioris velut ex abrupto et in cumulo revocari. Remittat R. V., quam primum fieri potest, eos, qui ob mentis aut corporis dispositionem periclitantur; ex reliquis eos, qui sine gravi incommodo Vice-Provinciae mitti possunt. Certe non est nec potest esse mens mea, ut Missiones inter Germanos auxilio, quo frui vix coeperunt, priventur. Attamen salva semper manent iura Provinciae Germaniae Superioris in illos omnes Socios,ita

Quid agendum cum Scholasticis et Patribus Germanis.

([7]) Residentia St. Francisci Xaverii prope St. Paulum ad flumen Willamette anno 1844 a P. De Smet condita est tamquam « centrum » totius Missionis. Sed ob nimiam distantiam ab aliis stationibus ut « centrum » plene inepta erat et anno 1852 definitive relicta est (Otto, pp. 427, 445)

([1]) P. Ioannes Antonius Elet, (cf. epist. DLXXXII) fuit Praepositus Vice-Provinciae annis 1848-1851 ; expleto triennio, cum mala admodum valetudine uteretur, die 15 Aug. 1851 alius ei suffectus est ; sed ne quies quidem ei vires reddere potuit, et die 2 Oct. eiusdem anni 1851, nondum quinquagenarius mortuus est : cf. Laveille, 229-266 *(passim)* ; Garraghan, I, 513-549, et alias *passim.*

([2]) P. Antonius Minoux (1804-1823-1884) erat tunc Praepositus *Prov. Germaniae Superioris :* cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. II, pp. 344 sqq.

ut in *longum tempus*, nisi vel Praepositus Provincialis annuerit, vel nos ita disposuerimus, retineri non possint.

Eorum iudiciis nimis severis aliquid veri subesse fatendum est.

2. — Persuasum mihi est, res vestras non esse in eo statu, quo nonnullis ex his exteris esse videntur; nec tamen propterea R. V. hos durius iudicet. Scio nonnulla, quae discrepant a Societatis Europae moribus, apud vos tolerari posse; scio alia, quae religiosa vitae et Instituti nostri ratio requirit, multo isthic quam hic difficilius obtineri. Sed novi advenae, iuvenes praesertim, haec non facile intelligunt; et si modum, quo sensa sua aliqui manifestabant, non possum certe non reprehendere; ex amore tamen et desiderio regularis observantiae, cui assueti erant, plerosque ita commoveri, nec mihi nec Rae. Vae. displicere potest. Utinam et hi conciliari possint, et vester omnium zelus huiusmodi experientia magis accendatur, ut voluntatibus viribusque coniunctis difficultates, quae bono nobis proposito in istis regionibus obsistunt, ad maiorem Dei gloriam plene vincatis! Quodsi ego ita de rebus vestris sentio, id tamen me impedire nec potest nec debet, quominus ea, quae ad me referuntur, cum R. V. communicem, et pericula ac hostes quibuscum vobis acriter certandum est, etiam cum aliquo animi mei timore et angore indigitem. Ceterum non vivo immemor laborum inter quos Vice-Provincia et nata est et crevit hucusque. « Itaque, Fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino » (3).

Commendo me SS. SS. SS. etc.

Missour. I, 268.

DLXXXVIII.

Ad R. P. Ioannem Baptistam Miège (1).

St. Louis.

1. *Eius nominationem ad episcopatum confirmatam esse annuntiat.* — 2. *Consilia quaedam ad munus bene gerendum.*

Rome, 14 Décembre 1850.

Eius nominationem ad episcopatum confirmatam esse annuntiat.

1. — Ce que je vous faisais entrevoir, mon cher Père, est arrivé. Le Saint-Père a prononcé sa *volonté* formelle, *absolue*, que vous acceptiez le Vicariat Apostolique avec le caractere épiscopal; ainsi, voilà le *précepte* (*volonté de Dieu*). Les Brefs

---

(3) Cf. *I Cor.*, XV, 58.

(1) RR. DD. P. Ioannes Miège, *Prov. Missourianae* (1815-1836-1884), patria Sabaudus, anno 1848 in Americam advectus magister Universitatis St. Louis constitutus est. Anno 1850 nec opinate nominationem Vicarii Apostolici regionis inter-

que vous aviez renvoyés, vous reviennent; il n'y a rien à dire. Soumettez-vous, priez, et pensez seulement à la manière dont vous aurez à vous conduire dans cette charge *ad majorem Dei gloriam*.

Il y a pourtant un côté consolant. 1°. Vous restez toujours *membre de la Compagnie*. 2°. Peut-être est-ce le moyen pour faire aller et continuer nos Missions de l'Orégon, à l'*Ouest* des Montagnes, lesquelles Missions pourraient bien être adjointes à votre Vicariat de l'*Est*, moyen peut-être unique pour éviter le parti extrême de devoir les abandonner définitivement, après tant de sacrifices, et de si heureux commencements! (2).

Consilia quaedam ad munus bene gerendum.

2. — Courage donc, mon cher Père, et confiance en Dieu et sa Mère! J'espère bien que vous saurez vous garder de tomber dans un écueil où vont se ruiner tant de Missions, quand elles reçoivent un Evêque qui, au lieu de s'appliquer avant tout à former des *temples vivants*, commence par *bâtir Cathédrale et Palais épiscopal*, s'enfonçant en des dettes qu'on ne sait après cela comment payer et ouvrant un gouffre où vont s'abîmer tous les secours qui devraient servir aux premiers besoins et urgents pour *vivre*, et sans lesquels l'oeuvre de Dieu ne peut absolument, ni avancer, ni même se maintenir.

Vous vous garderez aussi, j'en suis sûr, de faire le *dominans in Cleris;* mais *forma factus gregis ex animo*. Vous penserez non seulement à la *Mission*, mais aussi et avant tout aux *Missionnaires*, pour les conserver *in utroque homine*. Vous serez aussi leur *Supérieur religieux*. Vous tâcherez que votre gouvernement (*gubernatio*) soit *spiritualis, suavis, exacta: suaviter et fortiter*. Heureusement, je puis disposer de 5.000 fr. que je mets à votre disposition chez le P. Coüé (3) notre Procureur à Paris, auquel je recommande de vous les faire parvenir *au plus tôt*.

Montes Saxosos et flumen Missouri accepit. Enixe Praepositum Generalem rogavit, ut ab hoc onere, ad quod incapacem se habebat, liberaretur, et statim decreta Romam remisit. Nondum sollemnem professionem emiserat ideoque nec *voto* ligabatur abnuendi dignitates; sed (ut ei rescripsit P. Roothaan) « c'etait également dans *l'esprit* de votre vocation de refuser, puisqu'il n'y avait pas de *précepte* qui vous obligeât d'accepter » (Missour. I, 269). P. Roothaan rem denuo Sanctae Sedi considerandam proposuit. Ast Summus Pontifex mentem non mutavit et accipiendam dignitatem imperavit. P. Miège ut verus Iesuita ad hoc praeceptum respondit: « Nihil ergo ultra dico. Oboedio et oro! » Eius Vicariatus immensum territorium 1700 km. longum et 700-800 km. latum continebat, quod vix sex milia catholicorum, plurimos Indos, numerabat. (Otto, pp. 415-417). Primis annis fuit etiam Superior regularis Missionis et qua talis anno 1853 adfuit Congregationi Generali XXII: cf. *Instit. S. I.*, edit. Florent., vol. II, pag. 485, decr. 5°. — Anno 1874 obtinuit a Sancta Sede ut munus Vicarii Apostolici atque etiam externa dignitatis episcopalis insignia deponeret. Rediit igitur inter suos fratres ut simplex religiosus et sollemnem professionem tandem nuncupare potuit die 15 Aug. 1875; obiit in Collegio Woodstock die 21 Iulii 1884. Cf. Garraghan, I, 528, 470 sqq.; 635-648, et alias *passim*; item Burnichon, vol. IV, pp. 7 sq.

(2) Illis annis Missio in Montibus Saxosis inconstantia Indorum conversorum turbata erat, ita ut interitus eius timeretur (Otto, pp. 437-449).

(3) P. Eugenius Coüé, *Prov. Franciae* (1803-1827-1878).

Veuillez bien me faire connaître quelles sont précisément les Missions de votre Vicariat, puisque je n'en ai pas une connaissance exacte.

Allez doucement, *festina lente. Chi va piano, va sano.*

Assez pour aujourd'hui. Encore une fois, *courage et confiance! Domine, da quod jubes, et jube quod vis.*

Mon Révérend Père et, désormais, Monseigneur, etc.

Missour. 1, 270.

DLXXXIX.

Ad R. P. Petrum Spicher (1).

St. Louis.

1. *Gratias agit.* — 2. *Eum solatur et primam eius difficultatem diluit.* — 3. *Item et alteram solvit.* — 4. *« Noli metuere, quia Ego tecum sum, dicit Dominus ! ».*

Roma, 14 Aprilis 1851.

Gratias agit.

1. — Accepi litteras, quas R. V. exeunte mense Ianuario ad me dedit, alterasque die 6 Februarii datas, quibuscum Consultorum litteras mihi misit. Gratias ago, et rogo ut et Consultoribus meis verbis gratias referat.

Eum solatur et primam eius difficultatem diluit.

2. — Expositis difficultatibus et animi sui angustia, rogat R. V., ut nostra aliqua dispositione in Missiones inter Germanos vel in Marylandiam mittatur. Ac primo quidem loco ait, se parum vel nihil pro proximi salute facere ibi, ubi est; munerum autem, quibus applicata sit, officio imparem esse; auditores male contentos, et idem de P. Spiritualis munere dicendum esse. Ego vero scio, auditores R.ae V.ae valde contentos et plusquam contentos esse, atque clara et methodica Ipsius docendi ratione vehementer delectari et proficere; scio, Socios de iis, quae R. V. qua Praefectus spiritualis praestat, eadem et ma-

---

(1) P. Petrus Spicher, *Prov. Germaniae* (1811-1832-1874), natus Friburgi in Helvetia, unus erat e Patribus Germaniae Superioris qui, post dispersionem suae Provinciae (anno 1847), in Americam confugerant, de quibus cf. epist. DLXXXVII. Hoc anno 1851 P. Spicher erat P. Spiritualis et Lector theologiae dogmaticae et Consultor domus in Collegio seu Universitate Sancti Ludovici (cf. *Catal. Prov. Germ. Sup.*, anno 1851, pag. 22), ibique mansit etiam tribus annis sequentibus ut P. Spiritualis, deposito munere docendi theologiam. Rediit in Europam anno 1854 in suam Provinciam, ubi fuit Superior Residentiae Friburgensis, tum Magister Noviciorum etc. Anno 1868 in Americam iterum appulit ad Missionem Buffalensem, Provinciae Germaniae commissam, parandam et condendam. Obiit in urbe Buffalo die 29 Mart. 1874. Cf. Garraghan, I, 584 sq.

iori satisfactione sentire et loqui; neque obtitus sum, similia ad nos, cum R. V. in Helvetia degeret, ab istius Provinciae Superioribus constanter relata esse. Quomodo ergo mihi persuadeam, nullam ab ea utilem operam proximis praestari, cum utilissimam praestet Sociis et per eos proximorum plurimis?

Item et alteram solvit.

3. — Altera, quae R.m V.m affligit, difficultas est maior utique et verior. Equidem, ut probare non potui multitudinem Sociorum, iuvenum praesertim, sic quasi tumultuarie in istam Vice-Provinciam directam esse; ita tamen spem fovebam fore, ut tot Socii regulari observantiae assueti multum conferrent ad ea, quae istic desunt, efficienda vel instauranda. Ista Vice-Provincia, summis laboribus fundata, post dura initia progressus habebat multiplici modo impeditos; maximum eius malum erat penuria Sociorum vere ad Institutum formatorum; alterum, quasi simile huic, mores Americani et totius vitae conditio. Iam dolens video, Socios Provinciae Germaniae Superioris cito animum despondere, nonnullos etiam citius et acerbius iudicare et loqui. Admodum difficile est, iuvenibus vix non impossibile, in tanta rerum et personarum diversitate, ex iis, quae in sua Provincia didicerint, illa, quae in aliis vident, recte aestimare. Nihilominus duram violentiam Sociis inferri nolim, et iam noverit R. V. nostram de reditu Sociorum dispositionem (2). At vero, ut eos, quorum vel valetudo vel vocatio periclitetur, in Europam redire probo, imo volo; ita vehementer cupio invenire eiusmodi, qui animo magno et volenti ad isti Vice-Provinciae opem ferendam potius se accingant. Quo tandem pacto laboranti parti corporis succurratur, si membra, quae iuvare possent, opem negant?

« Noli metuere, quia Ego tecum sum, dicit Dominus! ».

4. — Imprimis vero cupio in Domino, ut R. V. huiusmodi consideratione sibi animos addat: *Noli metuere, quia Ego tecum sum, dicit Dominus!* et si praesens hoc auxilium aliquo tempore non sentis, Pater dilectissime, non tamen deesse tibi existimes. Ad tempus subtraxit Dominus consolationem, ut tribulationem sine solatio ferre disceres, et meritum maius acquireres. — Iure merito desiderat R. V. a Superioribus humanum aliquod solatium; sed hoc quoque Deus vel sua consolatione supplere vel cum opportunum esse viderit, concedere facile poterit; et si non faciat statim, sit nobis pro omni solatio sanctissima eius Voluntas. Neque solum super omnes consolationem et laetitiam, sed etiam super omnem desolationem et angustiam in Deo requiescere et possumus et debemus. Coniungat se R. V. Cordi SS.mo Iesu angustiis pleno, et Matris Dolorosae memoriam nunquam ex animo effluere patiatur. Melius nobis cum Iesu et Maria afflictis et angustiati affligi et angustiari, quam multis consolationibus abundare.

---

(2) Cf. epist. DLXXXVII.

Magno mihi solatio erit, si certior reddar, R.m V.m cum pace animae suae pergere in loco et muneribus, in quibus versatur, ad maiorem Dei gloriam et Societatis commune bonum laborare (3).

Commendo me SS. SS. SS. etc.

Surgite et nolite timere.

Missour. I, 276 sq.

---

(3) Haec epistola bonum effectum sortita est: P. Spicher ibidem mansit per aliud triennium et ultra, donec in Provinciam suam post mortem Patris Roothaan redire potuit (1854): cf. hic supra, not. 1.

Sectio VIII.

AD MISSIONEM IAMAICAE [1]

DXC.

Ad R. P. Gulielmum Cotham [2],
Superiorem Missionis.

Jamaica.

Quaedam media ad Missionem uberiorem efficiendam suadet.

Roma, 30 Octobris 1844.

Quaedam media ad Missionem uberiorem efficiendam suadet.

Respondeo ad gratissimas litteras, quas d. 4 Augusti R. V. ad me dedit. Sane multo mihi gratius fecit, quod latine scripsit, non solum quia lingua nobis familiarior, sed maxime quod vere materna est.

Dolui valde illud, quod de parvo fructu sacri ministerii R. V. retulit. Memini aliquando nos suasisse, ut institueretis Confraternitatem Purissimi Cordis Mariae, et responsum est, tum quidem fieri non posse, sed fortasse postea. Iam quia haec Confraternitas contra ea ipsa mala, quae istic salutem animarum impediunt, instituta est, et mirum quantum ubique locorum emolumenti affert; nolui praetermittere, quin rem vobis in memoriam vocarem.

Scripsit etiam R. V., se privatim cum nonnullis locutum esse, ut Sacramentorum frequentationem persuaderet. Valde id laudabile, sed quoniam simplicia colloquia satis efficacia

---

(1) De initiis huius Missionis cf. Pirri, 240; item Roothaan, *Epistolae*, vol. II, pag. 417. — Plures exstant in regestis litterae Patris Roothaan hanc Missionem spectantes; sed, ut alias notavimus, ad parvum quoddam earum specimen exhibendum coarctari debemus.

(2) P. Gulielmus Cotham, *Prov. Angliae* (1791-1809-1860), et P. Iacobus Dupeyron, *Prov. Lugdunensis* (1804-1833-1872), primi Iesuitae anno 1837 in Iamaicam venerunt. Paulatim tota Missio Societati tradita est. P. Cotham primus Superior regularis fuit; fuisset etiam primus Vicarius Apostolicus, nisi P. Roothaan eadem quam alias vidimus constantia firmiter obstitisset eius nominationi ad praelaturam. Interea nominatus est Vicarius Apostolicus RR. DD. Benedictus Fernández O. F. M. Sed anno 1851 P. Dupeyron Coadiutor Vicarii Apostolici cum iure successionis constitutus est, et anno 1855 ei re vera successit, et usque ad mortem (1872) Vicarius Apostolicus fuit, sed sine charactere episcopali. Cf. Otto, pp. 487-492; Koch, 899 sq. — De P. Cotham, cf. etiam Roothaan, *Epistolae*, vol. II, epist. CCXLI (pp. 417 sq.); de P. Dupeyron, cf. etiam Sommervogel, III, 293.

non erant, videat annon aliquos ad Exercitia spiritualia inducere possit. Quod ut rite fiat, opus utique est, Exercitia ipsa ita pernovisse, ut ea ad varia hominum genera accommodari possimus: de hac accommodatione et liber *Exercitiorum* in 20 annotatione et *Directorium* praeclara documenta praebent. Necesse etiam est, quaerere opportunitatem ad rem eiusmodi persuadendam. Omnino ministri Evangelii animas quaerere debent, ut piscatores pisces et venatores feras. Nihil est, quo maiorem Dei benedictionem sibi concilient: saepe etiam compertum est, paucorum exemplis totas communitates fuisse immutatas, et maxime Exercitia privatim data ad publica viam sternere possint. — Haec ergo, quaeso, inter vos pro zelo, quem habetis, conferatis et precemini Deum ut vias et actus vestros in salutem plurimorum dirigat.

Commendo me SS. SS. et Orat.

P. S. — P. Dupeyron R. V. velit meis verbis gratias agere pro litteris, quas 4 Iun. ad me dedit, et plurimam salutem dicere in Domino.

Angl. I, 227 sq.

Sectio IX.

AD MISSIONES AMERICAE MERIDIONALIS (1)

DXCI.

Ad R. P. Bernardum Parés (2),
Vicerectorem Collegii.

Buenos Aires.

1. *Gratias agit de bonis nuntiis. — 2. Solum de opere Christi et Ecclesiae solliciti sint, a politicis eventibus prorsus abstinentes.*

Roma, 21 Decembris 1837.

Has scribo R.ae V.ae litteras, quas ceteris Patribus, qui una cum R. V. consultorias [litteras] dederunt ad me Iulio mense, communes fore intendo.

1. — Gratias agimus omnes divinae Bonitati de tam bonis initiis, et vobis, Patres carissimi, gratias de informationibus

Gratias agit de bonis nuntiis.

---

(1) Societas Iesu, post suam restitutionem, in Americam Meridionalem redire non potuit ante annum 1836. Die 28 Maii huius anni 1836 primus Iesuitarum manipulus, duce P. Mariano Berdugo (de quo vide epist. seq.), Gadibus Argentinam versus solvit et Bonos Aëres attigit die 8 Augusti 1836. Mox alii Sociorum manipuli, praesertim ex Hispania, successerunt et paullatim domus, collegia, Missiones, varia quidem rerum vicissitudine pro varietate regionum et comitantibus vix non ubique identidem persecutionibus, in multis ex illis Rebus publicis inchoari potuerunt. Hinc etiam evenit ut paullatim unica quae primitus dicebatur *Missio Bonaërensis*, ac dein *Missio Americae Meridionalis*, in plures *Missiones* dispertita sit, quae a sua quaeque regione nomen habuerunt: *Missio Argentino-Chilensis, Missio Colombiana, Missio Brasiliensis* etc. Hae vero *Missiones*, quae dicebantur, non stricto sensu tales erant, sed potius inchoatae quaedam *Viceprovinciae* et *Provinciae*, quibus quidem titulis et iuribus nunc omnes illae olim Missiones insigniuntur ac florentissime vigent et augentur in dies, propria quoque *Assistentia Americae Latinae* nuper constituta (anno 1938). - Ad veri nominis Missiones quod attinet, seu *Missiones inter Indos infideles* (ut summatim eruitur ex praeclaro notoque opere Patris Otto) in America Meridionali, expressa voluntate Patris Roothaan, saepe variis locis tentata est: in *Argentina, Paraquaria, Chile.* In *Colombia* duo Patres anno 1846 ad ripas fluminum Caquetá, Caguán, Putumayo opus Missionis coeperunt, sed anno 1850 Societas e Colombia expulsa est. Similiter in *Brasilia* annis 1848-1849 indefessus P. Parés, tres reductiones inter Indos Coronados (Bugre) instituit. Duobus annis post Iesuitae a Gubernio e Missione Indorum eiecti sunt. Itaque, tempore Patris Roothaan, nulla stabilis Missio inter Indos infideles Americae Meridionalis erigi potuit (Otto, pp. 471-486). — Hic autem paucae quaedam afferuntur litterae, speciminis causa, ut de aliis Missionibus diximus; sed multo plures essent afferendae, si plene vellemus comprobare quam studiose P. Roothaan promoverit nova Societatis opera in America Meridionali, ubi antiqua Societas tot tantasque sibi promuerat palmas apostolatus atque etiam cruenti martyrii. — De his omnibus cf. Rafael Pérez S. I., *La Compañía de Jesús restaurada en la Rep. Argentina y Chile, el Uruguay y el Brasil,* Barcelona, 1901; quem librum deinceps (ut solemus) per nomen Auctoris et paginas tantum allegabimus.

(2) P. Bernardus Parés, *Prov. Aragoniae* (1803-1824-1867), erat Vicerector Col-

ex officio rite datis. — Dominus porro pergat vobis adesse A. M. D. G., et certo aderit, si Socii, ut coeperunt, ita pergant *digne vocatione sua sancta, in caritate et patientia.* Quo maior est messis et copiosior, eo maior utique requiritur in tam exiguo operariorum numero unio, ut *vis unita fortior* plura faciat per paucos; quod quemadmodum hucusque factum fuisse maxime meo solatio video, ita porro futurum spero et confido in Domino.

Solum de opere Christi et Ecclesiae solliciti sint, a politicis eventibus prorsus abstinentes.

2. — Meminisse omnes constanter (idque verbis factisque demonstrare) cupio vehementer, Societatis opus idem esse, quod Ecclesiae opus, quod Christi. Opus hoc suum operatur Christus, operatur Ecclesia, nulla habita ratione vicissitudinum rerum terrenarum. Hae transeunt; *Christus idem heri et hodie, idem et in saecula.* Regna itaque et regimina et rerum publicarum ordinationes aliae aliis succedunt in tempore et saeculis procedentibus variantur; sed inter haec Christus Ecclesiam suam, populum *ad aeternitatem* vocatum, ducit et perducit. Hoc ergo opus Christi etiam nostrum, etiam vestrum est, et hoc solum; nam ad hoc solum vocati sumus, Socii Iesu! Ergo rerum politicarum negotium nobis nullum omnino partesque, etiam inter se adversas, in Domino omnes aeque complectamur, ut omnibus hominibus prodesse possimus.

SS. SS. me valde commendo et precor fausta omnia in Domino.

Amer. Merid., 8.

DXCII.

AD R. P. MARIANUM BERDUGO [1],
Superiorem Missionis.

Buenos Aires.

1. *Paternae gratulationes et commendationes.* — 2. *Excursiones apostolicas laudat, sed Collegium ne negligatur.* — 3. *Novi Socii mittuntur.*

Roma, 20 Martii 1838.

Has litteras perferunt Nostri octo, quos mittere tandem potui, oblata oportunitate navigii ex portu Ianuensi.

Ultimas dedi litteras ad R.m V.m 16 Decembris: ab illo tui, oblata opportunitate navigii ex portu Ianuensi.

Paternae gratulationes et commendationes.

1. — De Missionibus ab R. V. institutis ingenti cum fructu, ut ex epistola P. Parés cognovi, plurimus gavisus fui, et Rae. Vae, gratulor. Et optime quidem quod primas illas insti-

---

legii et Convictus Bonaërensis a die 24 Iul. 1837. Fuit deinde Superior totius Missionis, fundator Missionis Chelensis etc. Cf. PÉREZ, 84-234 *(passim)*, 582 sqq., 705 sqq.; 780, et alias *passim; ibid.*, pagg. 806-810, habetur eis brevius necrologia.

(1) P. MARIANUS BERDUGO, *Prov. Hispaniae* (1803-1817-1857), fuit primus Supe-

tuere ipse per se voluerit, ut certam praescribere normam ceteris Patribus deinceps posset. Ceterum, qua Superior totius istius manipuli Sociorum, qui iam non sunt pauci numero, necesse erit, ut, quantum fieri potest, magis se dedat illis regendis, quam exercendo sacro ministerio. Nec minus apostolicum esse existimet fratres suos Christi ministros regere, quam sacris ministeriis ad proximos fungi. Alioqui nimis male ageretur cum Superioribus; at ipse S. P. Ignatius, Romae sedens, dum Socii quaquaversus excurrebant, Superioribus exemplo et solatio esse debet.

Excursiones apostolicas laudat, sed Collegium ne negligatur.

2. — Excursiones istae ad fructificandum mihi valde probantur, in tanta animarum necessitate et auxilii spiritualis inopia. Unum tamen etiam atque etiam commendo, ut, quando Bonaëriense Collegium cum Convictu admissum est et susceptum, quidquid ad huius bonam administrationem pertinet, *primo loco* habeatur, neque inde auferantur umquam necessariae personae, quantumvis magna spes fructus spiritualis alibi offeratur. Ab huiusmodi illusione cavendum maxime existimo, tum R.ae V.ae tum Sociis; ne scilicet putent minus operae pretium se facere, dum domi in laborioso instituendae iuventutis munere detinentur. In istis domesticis ac scholasticis laboribus non ita quidem cernitur et manu tenetur fructus spiritualis, sed tamen bonum illud solidius est et magis etiam necessarium, et ad posteritatem pertinet. Hoc est scilicet *seminare,* eo modo quo Dominus in parabola dicit apud S. Marcum... *seminat et semen* profert *primum herbam virentem, deinde in herba spicam, deinde in spica frumentum et crescit, dum qui seminavit dormit, et ipse nescit* (2). *Nescit,* quantum boni faciat, qui totum se impendit erudiendae et educandae iuventuti, et putat interdum nihil se facere, facturum tanto plura et meliora, si excurreret missionando; *nescit* ipse, sed *novit Deus,* et remunerabitur. Noverunt vero etiam Religionis hostes, qui Nostros agere Missionarios (v. g. in Gallia) non aegre ferunt; at educationem iuventutis in manibus Nostrorum esse omnino non ferunt. Hostium nostrorum sensa et strategemata nobis esse debent pro admonitione et indicio. Ars enim nostra *militiae* spiritualis est. — Quae autem dixi occasione Collegii Bonaëriensis, idem de quocumque alio, quod deinceps offeratur, intelligendum; unde suscipiendum non est ullum, nisi ad illud rite providendum de personis necessariis R.ae V.ae modus et media suppetant, saltem ad *inchoandum bene.*

Novi Socii mittuntur.

3. — Venio ad Socios octo, quos mitto: tres Patres, tres Scholasticos et duos Fratres Coadiutores.

---

rior et verus fundator Missionum restitutae Societatis Iesu in America Meridionali. Plurima de eo habentur in PÉREZ, *passim.* Anno 1856, cum iterum esset Superior illarum Missionum, Romam vocatus, obtinuit ut onus regiminis deponeret. Pater spiritualis in Collegio Romano renuntiatus, paulo post ibidem pie obiit (26 Ian. 1857): cf. PÉREZ, 634-639. Item cf. ROOTHAAN, *Epistolae,* vol. II, pp. 157, 167 (in notis).

(2) Cf. *Marc.*, IV, 26-28.

P. Idelphonsus de la Peña (3), Prof. 4 vot. — Optimus Operarius indefessus, sed Procurator infelicissimus, cui *nullae pecuniae* committendae sunt unquam. Dabit enim, etiam ea quae non habet. Cordis *nimia* bonitas, quae decipi se facile sinit. In moralibus quaestionibus etiam aliquando ad benignitatem ita pronus, ut laxitatis fines interdum attingere, aut fortasse etiam transilire visus sit.

[*Sequuntur aliae minutae informationes de reliquis septem Sociis, quas non est cur hic exscribamus*].

SS. SS. me plurimum commendo.

Amer. Merid., 9-12.

DXCIII.

Ad R. P. Marianum Berdugo (1),
Vice-Provincialem (2).

Buenos Aires.

1. *Gratias agit et gratulatur.* — 2. *Varia.*

Roma, 10 Februarii 1840.

Gratias agit et gratulatur.

1. — Cum iis, quae P. Provincialis Morey (3) mittit ad R.m V.m (quae inter, Encyclica nostra pro anno saeculari, et Instructio de iis quae fieri cupio et commendo) (4), pauca item verba separatim mitto.

Accepi R.ae V.ae litteras diebus 20 Maii, 25 Aug., 25 Sept. et 23 Oct. datas. — Meae ultimae fuere de diebus 13 Mart. et 3 Aug. — Responsum hae R.ae V.ae litterae non admodum requirunt. — Quid enim dicere possum, nisi: *Dominus adsit vobis, et fortunet omnia!* In tantis rerum difficultatibus non esse vobis consilium potest, nisi *ab alto*, ut navigantibus in tempestate.

De rebus Cordubensibus valde gavisus sum. — Dominus porro prosperare omnia faciat! Egregiam Patres illi operam praestabunt; etiam P. de la Peña, dummodo *pecunias non administret;* ab hoc ita cavendum, ut a certa *bancarotta* (5).

Varia.

2. — R. D. Allende Romae est a pluribus mensibus, Nostri amantissimus; et certe mihi videtur *verus Israelita...* Fortasse

(3) Cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. II, pp. 147, 183, 292 (in notis).

(1) Cf. epist. praeced.

(2) Per aliquod breve tempus *Missio* illa vocata est *Viceprovincia* (cf. Pérez, 134 sqq.).

(3) P. Antonius Morey (1794-1819-1856) erat tunc Praepositus *Provinciae Hispaniae*, a qua pendebant Missiones Americae Meridionalis. De eximio hoc Superiore cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. II, p. 154.

(4) Cf. Roothaan, *Opera spirit.*, vol, I, pp. 366-386.

(5) De P. Ildephonso de la Peña « Procuratore infelicissimo » cf. epist. praeced. (hac eadem pagina, supra).

angustioris est animi, et scrupulosior. Tamen, in istis regionibus, ubi aër ipse mollitiem spirat, cautela maior, et maior severitas in iis omnibus, quae aliquomodo sensum et carnem provocare possunt, mihi quidem etiam videtur valde necessaria. Et in huiusmodi rebus standum iudicio timoratorum hominum regionis. Quaedam enim, quae alibi nihil haberent offensionis, [istic forte creare possent magnam offensionem] et periculum ingens (6).

De P. M... sollicitus sum, et ero, donec sciam hominem vere *spiritui* deditum ex corde. Illum a periculis R. V. sollicite removeat, nequaquam illis obiiciat. De huiusmodi dicam, quod S. P. [Ignatius] de iuvenibus in genere: *Virtuti iuvenum non est fidendum.* Sunt autem, qui etiam in aetate matura, etiam in senili, semper hoc sensu *iuvenes sunt: — pueri centum annorum!*

Commendo me SS. SS. etc.

Amer. Merid., 24.

DXCIV.

AD R. P. MARIANUM BERDUGO (1),
Superiorem Missionis.

Buenos Aires.

Ex litteris Consultorum quaedam excerpta communicat et paterne ad ea emendanda hortatur.

Roma, 18 Iulii 1840.

Ex litteris Consultorum quaedam excerpta communicat et paterne ad ea emendanda hortatur.

Acceptis post quinque tandem menses Patrum Consultorum litteris mense Ianuario scriptis, nonnulla R.ae V.ae ad feliciorem in dies nostrarum istic rerum progressum commendanda existimo, qua dein iuxta uniuscuiusque officii rationem et necessitatem R. V. cum ceteris praesertim Superioribus communicabit, et quidem:

Tirones bene probandi.

1. — Curandum potissimum est, ut tirones nostri in solidarum virtutum, id est, in sui abnegationis et obedientiae exercitio diligenter probentur, id quod ubique, cum sit primae necessitatis, adhuc longe maioris momenti istic censendum est, in illis praesertim iuvenibus quorum prima educatio nonnihil desiderandum reliquit. Igitur ante completum in consuetis probationibus et experimentis biennium nullus ad studia prosequenda promovendus erit, nisi cum aliquo post insignem in virtute progressum, ratione provectioris aetatis, ut secundo anno studiis applicari possit, dispensandum R.ae V.ae videretur.

2. — Temporum, locorumque adiuncta, exiguus operariorum numerus et ministeriorum multitudo facile occasionem

---

(6) In regesto desunt quaedam verba, quae hac aliquali ratione supplere contendimus.

(1) Cf. epistolas proxime praecedentes.

Quotidiana pietatis exercitia et Exercitia spiritualia annua etc. fideliter peragenda.

praebere solent multae dissipationis; quare providendum ut omnibus sacrosanctum sit tempus, quod iuxta regulas piis quotidie exercitationibus tribuendum est; ut sacrum Octiduum omnes quotannis obeant, eoque tempore ab omni prorsus ministerio abstineant; ut non omnino necessariae externorum visitationes et conversationes penitus resecentur, et quae necessariae sunt, iuxta regulas cum socio instituantur; ut consuetae in triclinio paenitentiae ad frequentiorem usum revocentur; quae omnia uti plurimum iuvant ad regularem protegendam disciplinam, sic fere non alio stimulo quam Superiorum exemplo indigent.

Quatenus alumnorum disciplina urgenda.

3. — Scholarum Magistris ac Praefectis commendandum videtur ut discipulorum mores, indolem, habitusque cognoscere studeant; ut non statim et non omnia ad usus europaeos reducere tentent. In huiusmodi lente admodum, suaviterque procedendum est, ni velint ab initio destruere omnia, populique amittere fiduciam vix dein recuperabilem.

Gubernandi ratio ad Instituti normam redigenda, et caritas fovenda.

4. — Quod ad gubernandi rationem spectat, mutua Superiores inter et subditos fiducia detrimenti aliquid passa et etiamnum pati videtur. Cuius rei causae plures afferuntur, de quibus quidquid sit, rectae gubernationis principia tum Rae. Vae., tum ceteris istic Superioribus satis inculcare non possum. Principia haec ex nostro Instituto, ceterisque domesticis fontibus haurienda; inter ipsos dein Superiores animorum coniunctio et in unum finem conspiratio prae ceteris necessaria est: hanc autem unionem non adeo arctam esse, quin etiam nonnihil deficere ad me relatum est. Recordari deberet quod malorum in Hispania quondam causa exstiterit opinionum circa varia disciplinae religiosae capita diversitas [2]. Nollem istic esse huiusmodi homines, qui sub nescio qua reformationis specie pacem, concordiam, caritatemque perturbant. Illos equidem non eo fine istuc destinavi ut placita sua, sed ut maiorem Dei gloriam communibus consiliis sub obedientiae directione promoverent; secus si agerent, plurimum me in eorum electione deceptum dolerem. Hac super re a Ra. Va. edoceri cupio.

Secreti tenaces sint Superiores et loquacitatem vitent.

5. — Ad fiduciam subditorum conciliandam secreti fides in primis necessaria est, nempe ne Superiores ea quae sibi ab inferioribus fiducialiter communicata fuerunt, ad alios deferant; item ut cum unis nonnisi honorifice loquantur de aliis; ut agenda quaelibet prius quidem cum assignatis sibi Consultoribus discutiant, non autem de iisdem negotiis cum quolibet obvio tractent. Aliud est fiducialiter tractare cum omnibus, aliud cuivis quaelibet pandere: fiducia necessaria est, sed semper nocet loquacitas.

Liber consuetudinum ex Hispania allatus non probatur.

6. — *Liber consuetudinum* in Hispania compilatus sed a nobis minime approbatus [3] istuc ab aliquo Patre allatus fuisse et ab eodem multum commendari dicitur. Ra. Va. sibi tradi

[2] Cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. II, pp. 144, 150, 155 sq., 170.
[3] Cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. II, pp. 144, 155 sq., 170.

iubeat quotquot illius libri exstant exemplaria atque hac super re disputationes omnes meis etiam verbis prohibeat atque absolutum silentium imponat. Aliqua certe sunt in Instituto seu in regulis non satis determinata et iuxta variarum regionum mores et usus determinanda, qualia sunt hora surgendi et decumbendi, tempus sacrarum ministeriorum in templis et scholarum in Collegiis; ciborum item qualitas, aliaque pauca quae in variis terris varia sunt; ceteris omnibus sufficiunt regulae.

Atque haec sunt quae in praesentiarum Rae. Vae. indicanda et commendanda habeo. Haec meditetur, prudenterque, suaviter et fortiter, ad usum deducat.

Commendo me in SS. SS.

Amer. Merid., 25 sqq.

DXCV.

Ad R. P. Ioannem Coris (1), Superiorem Residentiae.

Santa Catalina do Desterro (Brasil).

1. *Gratulatur et paterne hortatur.* — 2. *Ob difficultates ne despondeant animo.*

Roma, 28 Ianuarii 1852.

1. — Ee variis R.ae V.ae, Patris Berdugo et aliorum litteris diversis temporibus ad me missis, rerum nostrarum in Brasilia ac praesertim domus R.ae V.ae gubernationi commissae statum sufficienter intellexisse me spero. Gratulatur et paterne hortatur.

Gaudeo et gratias munerum omnium largitori Deo, Sanctissimaeque eius Matri ingentes refero, pro alacri studio quo omnes in imposita sibi munia constanter et fideliter ex equenda totis viribus incumbunt. Valde etiam laetatus sum, quod iuvenes nostri eodem tempore, quo iuxta ipsorum regulas ad studia serio et constanter animum adiiciunt, solidarum virtutum ac religiosae vitae amorem fervore studiorum intepescere non patiantur. Faciat Deus, ut sanctus hic ardor in ipsorum cordibus quotidie magis ac magis inflammetur, ac in omnes quibuscum versabuntur et agent, praecipue vero in discipulos nostros sive externos, sive domi degentes, iuxta vocationis nostrae finem latissime diffundatur. — Vellem etiam, ut et alia ministeria nobis maxime propria, summo in honore habeantur, et dum SS. Cordi D. N. I. C. debitus tribuitur cultus, simul in

---

(1) P. Ioannes Coris, *Prov. Aragoniae* (1806-1826-1870). Cf. Pérez, *passim.*

Beatam Virginem, populorum devotioni satisfaciendo, conveniens excitetur fiducia et amor.

Ob difficultates ne despondeant animo.

2. — Neque persecutiones ac difficultates nobis, quae muneris nostri sunt obeuntibus, umquam deerunt, sed *beati eritis,* dicit Dominus, *cum vos oderint homines et dixerint omne malum adversum vos mentientes... gaudete et exultate, quoniam merces vestra multa est in caelo.* Haec animum nostrum erigere debent, et ad magna pro gloria Dei et animarum salute facienda, nec non quaecumque Deus permiserit mala fortiter toleranda, paratos nos semper invenire. Equidem *nullum* habeo *maius* solatium, quam quod videam odium in Societatem ex parte eorum, qui inimici Crucis Christi sunt, perseverare semper et ubique.

Salutet Ra. Va. meo nomine PP. ac FF. omnes mihi carissimos, quibus genuinum vocationis nostrae spiritum omnemque felicitatem ardenter exopto.

Commendo me in SS. SS.

Amer. Merid., 37.

SERIES OCTAVA

ORDINATIONES ET INSTRUCTIONES ALIAEQUE EPISTOLAE COMMUNES

NOTA. — Hic locum haberent etiam amplae illae *Litterae paraeneticae*, quas P. Roothaan aliquando *encyclicas* appellat, ad universam Societatem Iesu identidem datae: undenas omnino huiusmodi Litteras dedit P. Roothaan, quot nempe, si P. Claudium Acquaviva excipias, nullus alius ex suis Praedecessoribus. Verum, cum illae undecim Epistolae, utpote potius *adhortationes spirituales,* iam editae sint inter *Opera Spiritualia Ioannis Phil. Roothaan* (Romae, 1936, vol. I, pp. 323-432), hic profecto eas non exscribemus. Attamen, ne *Ordinationum* et *Instructionum communium* series nimis manca videatur, etiam illas Litteras paraeneticas suis locis secundum ordinem chronologicum indicabimus, remisso lectore ad *Opera Spiritualia.*

Sectio unica.

ORDINATIONES ET INSTRUCTIONES ALIAEQUE EPISTOLAE COMMUNES.

DXCVI.

DECRETUM

DE QUIBUSDAM PROPOSITIONIBUS PHILOSOPHICIS A NOSTRIS NON DOCENDIS (1).

(30 Augusti 1829).

1. *Renovat Ordinationem R. P. Fortis.* — 2. *In memoriam revocat duo praecepta.* — 3. *Elenchus propositionum.*

Renovat Ordinationem R. P. Fortis.

1. — Cum P. Provincialis Galliae (2) a nobis petierit ut, ad pacem et concordiam inter Nostros magis magisque confirmandam, et ad tollendam, si qua esset alicubi, omnem animi fluctuationem seu inquietudinem, ea quae a piae mem. Praedecessore nostro R. P. Aloisio Fortis (3) provide statuta fuerunt circa quasdam propositiones philosophicas a Nostris non defendendas (4), nostra auctoritate iterum con-

(1) Occasio huius Decreti fuit quaestio, tunc maxime agitata, de doctrinis Lammenaisianis, quae ante Litteras Encyclicas « Mirari vos » Gregorii XVI (d. 15 Aug. 1832) multos catholicos, etiam nonnullos de Societate fefellerant; cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. II, pag. 5, notas 1 et 2. — De praeparatione autem et sequelis huius Decreti, cf. P. Pirri S. I., *P. Giovanni Roothaan*, Isola del Liri, Tip. A. Macioce e Pisani, 1930, pp. 275-279. Qui quidem liber deinceps solo nomine auctoris indicabitur, additis paginis, ad quas reicimus.

(2) Praepositus Prov. Galliae erat tunc ab anno 1824 P. Nicolaus Godinot, Rhemensis, natus anno 1761, ingressus Societatem anno 1810, mortuus anno 1841. — De P. Godinot cf. Roothaan, *Epistolae*, vol. V, pag. 711, not. 2. P. Roothaan eum plurimi faciebat; annis 1821-1823 eius Socius fuerat, dum P. Godinot erat Viceprovincialis Germaniae et Helvetiae: cf. Pirri, pp. 117-221.

(3) R. P. Aloisius Fortis, Veronensis (1748-1762-1829), XX Praepositus Generalis, Societatem prudenter rexerat ab anno 1820 ad 1829 († 27 Ian. 1829). De eo cf. P. Galletti, *Memorie della Prov. Romana*, vol. I, pp. 250-259; itemque Boero, *Menologio*, vol. I, pp. 506-513.

(4) *Ordinatio* Patris Fortis, ad quam hic reicitur, continetur in epistola ad P. Desiderium Richardot, Praep. Prov. Galliae, die 4 Octobris 1823 data, quae in regestum manuscriptum *Ordinationum, Instructionum etc.*, inserta est extra seriem, inter pagg. 8 et 9, cum hoc nota: « Una copia di questa lettera è stata spedita li 26 Marzo 1828 ai Provinciali d'Italia, Germania Superiore e di Galizia, con

firmarentur; de PP. Assistentium consilio, huic petitioni omnino annuendum duximus, prohibentes ne a quoquam e Nostris eae propositiones doceantur aut defendantur, nec publice in scholis, nec privatim in colloquiis. Nequaquam tamen nobis, uti nec Praedecessori nostro fuit, mens est, aliqua easdem propositiones censura afficere, cum hoc non sit nostri muneris, neque eos in suspicionem erroris contra fidem vocare, qui eas propugnant (5). Itaque dum tales doctrinas non amplectimur pro scholis nostris, non idcirco intendimus, ut Nostri illas ex professo impugnent, quin potius volumus ut omnis etiam inter Nostros vitetur disceptatio, quae cum laesione caritatis fieret; cum constet mentem ipsius etiam Praedecessoris nostri fuisse, ut, relictis in medio illis quaestionibus, trita in nostris scholis via Nostri incederent, idque ipsum pacis et consensionis studium, cum semper alias, tum hisce maxime temporibus necessarium a nobis requirat.

In memoriam revocat praecepta.

2. — Quoniam vero (6) in quibusdam regionibus resuscitari videntur quaestiones de potestate Summi Pontificis super Principes in rebus temporalibus (7); hac occasione in memoriam revocamus omnibus Nostris praecepta, quae in virtute sanctae obedientiae iam pridem fuerunt imposita a PP. Claudio Acquaviva et Mutio Vitelleschi, quae habentur inter censuras et praecepta hominibus Societatis imposita, cap. V, nn. 1, 2, 3 (8).

Volumus ut decretum hoc in omnibus Provinciae domibus promulgetur et Libro Ordinationum Generalium inscribatur.

---

un'altra registrata al tomo 6°, pag. 80, N° 1207 ». — Propositiones doceri prohibitae eaedem sunt ac in hoc Decreto Patris Roothaan, praeter parvas verborum diversitates; sed ibi praeterea addebantur nonnullae explicationes et rationes, quae hic omittuntur; et iure quidem, nam illa erat *epistola*, hoc vero est *Decretum*, quod exigit formam magis nervosam et praeceptivam potius quam mere suasivam.

(5) Ne Ecclesia quidem has propositiones, prout iacent, censura proprie dicta affecit; negari tamen nequit quasdam saltem ex illis ontologismum et traditionalismum sat proxime sapere, quae systemata a Sancta Sede, ut notum est, postea damnata sunt: cf. Denzinger-Bannwart, *Enchiridion Symbolorum etc.*, nn. 1649-1652, 1659-1665. — Laudabilis sane prudentia Patrum Generalium Fortis et Roothaan, qui Societatem contra hos errores mature muniverunt.

(6) Haec ultima pericope non habebatur in Ordinatione Patris Fortis.

(7) Agebatur potissimum de natura huius potestatis, utrum directa an indirecta, et de eius extensione, utrum usque ad depositionem Principum etc.

(8) Cum saeculo XVII salebrosae hae quaestiones variis in locis offensionem Principum saecularium excitassent, indeque graves Societati persecutiones et difficultates obvenissent, P. Claudius Acquaviva die 2 Aug. 1614 praeceperat, ut nihil de his rebus vulgaretur « nisi prius recognitum Romae et probatum sit ». Similia praescripserat de tyrannicidio. P. Mutius Vitelleschi vero, eius successor, die 13 Aug. 1626, « ut occasiones omnes offensionis et querelarum praecidantur », praecepit omnino « ne quis in posterum hanc materiam tractet aut libris editis aut scriptis quibuscumque, nec publice disputet aut doceat in scholis » (cf. *Instit. S. I.*, vol. II, pp. 572 et seq.). — Hoc alterum praeceptum Patris Vitelleschi tempore Patris Roothaan adhuc suam vim habebat; nunc vero tantum viget praeceptum Patris Acquaviva (Cf. Congr. Gen. XXIII decr. 14 et Congr. Gen. XXVII decr. 312).

3. — PROPOSITIONES, DE QUIBUS IN ORDINATIONE, SUNT SEQUENTES: Elenchus propositionum.

1ª. Non datur aliud criterium veritatis praeter sensum naturae communem seu consensum hominum.

2ª. Sola fides parit certam cognitionem.

3ª. Existentia Dei est prima veritas, quae certo cognoscitur.

4ª. Ex existentia entis contingentis male deducitur existentia Entis necessarii sive Dei, vitiosaque [est] haec ratiocinatio: « Ego existo, ergo Deus existit ».

5ª. Ratio hominis atque intelligentia circumscripta atque finita, eo ipso quod sit finita, semper et in omnibus est obnoxia errori.

6ª. In scholis christianis praevaluerunt falsa systemata, quae ad atheismum et religionis eversionem tendunt.

7ª. Homo sine sensu communi neque de sua existentia neque de sua cogitatione certus esse potest.

Ordinat. etc., 105 et seq.

DXCVII.

AD PRAEPOSITOS PROVINCIALES.

De paranda recognitione Rationis Studiorum (1).

1. *E singulis Provinciis singulos Patres designat.* — 2. *Quaedam iis commendat.* — 3. *Modus procedendi in hac recognitione.*

Roma, 29 Maii 1830.

1. — Ut satisfiat decreto 15° Congregationis ultimae de Studiorum Ratione nostris temporibus accommodanda (2), utque in re tanti momenti cum omni prudentia ac maturi- E singulis Provinciis singulos Patres designat.

---

(1) De magno hoc labore recognoscendi et novis temporibus aptandi celeberrimam illam « *Rationem Studiorum* », cf. PIRRI, pp. 198-204, qui iure eum ponit « tra gli atti principali del governo del P. Roothaan ». — *Ratio Studiorum S. I.*, a P. Claudio Acquaviva, post experimentum, anno 1599 definitive promulgata, est veluti codex scholasticus pro Collegiis Societatis, sapientissimas normas continens ad modum Regularum exhibitas sive pro Superioribus sive pro Professoribus. Ut ex hac epistola patet, P. Roothaan *Rationem* quidem aptare voluit novis temporum et locorum adiunctis, non tamen antiquae *Rationi* aliam ex novo confectam substituere.

(2) En decretum 15um Congregationis Generalis XXI (anno 1829), ad quod Pater Roothaan appellat, prout legitur in *Instit. S. I.*, edit. Florentina, vol. II, pag. 479:

tate procedatur; de consilio Patrum Assistentium visum est ex omnibus Provinciis deputandos esse, qui ad hoc opus suum studium suaque consilia conferrent. Itaque ex iis quidem Patribus quos R. V., prout a nobis petitum fuerat, ex ista Provincia... (3) tamquam huic operi maxime idoneos indicavit nobisque proposuit, designandum existimavi Patrem... (4), quem proin R. V. deputatum a me fuisse in Provincia notum faciet, ut alii etiam eiusdem Provinciae Patres suas, quas forte in hanc rem et ipsi fecerint observationes, ad eum tempestive transmittere possint, ab ipso dein Romam afferendas ac nobiscum fideliter communicandas.

Quaedam iis commendat.

2. — Quo vero tutius ac certius finis, quem sibi Congregatio proposuit, obtineatur, sequentia commendanda visa sunt.

Nequaquam existiment Nostri novam plane formandam esse Studiorum Rationem, cum etiam in Congregatione Generali superiori (5), postquam omnes primum Societatis antiquae leges, atque adeo ipsa quoque *Studiorum Ratio*, novo decreto confirmatae fuissent; dein minime quidem de *Ratione Studiorum* reformanda actum fuerit, sed de eadem *nostris accommodanda temporibus* (6); quo intelligatur, quan-

---

« Decr. 15, *in Ms. act. 11.* — Allatum est omnium fere Provinciarum postulatum, ut, iuxta decretum 10 Congregationis ultimae, Ratio Studiorum quamprimum nostris temporibus accommodetur. De quo antequam quidquam Congregatio proferret, R. Pater Noster, Congregationis sensum antevertens, declaravit, se plane sentire quantum hoc, quod a tota Societate flagitatur, ipsorum temporum circumstantiae requirant; sibi certum fixumque esse huic operi quamprimum animum applicare. Monuit tamen, non tale esse negotium, quod aut leviter tractari, aut brevi tempore perfici possit; quippe apud se statuisse, nil certi ea de re et per modum legis statui oportere, quod non prius in Provinciis ad praxim deductum experientia ipsa probasset. Quae aliaque in eamdem sententiam Congregatio cum gratulatione excepit et vehementer probavit ».

(3) Cum haec epistola, eadem quidem, at singillatim mitteretur ad singulos Provinciales, hoc loco nomen uniuscuiusque Provinciae exprimendum erat.

(4) Item hoc loco nomen Patris ex unaquaque Provincia designati exprimebatur.

(5) Nempe in Congregatione Generali XX (anno 1820), decr. 6°: « Cum proposuisset R. Pater Noster [Aloisius Fortis] an placeret Congregationi decernere, ut omnes Constitutiones nostrae, Decretaque Congregationum, Regulae, Formulae, Ordinationes Generalium etc. antiquum suum robur obtinerent, quo ostenderet renascens Societas se antiquorum Patrum vestigiis insistere velle, nec minimum a sancto nostro Instituto recedere; haec propositio summo omnium plausu excepta est, et, nemine prorsus contradicente, statutum, ut hac de re sequens efformaretur decretum ». Sequitur autem definita quaedam et diserta singularum Instituti partium confirmatio, inter quas etiam *Ratio Studiorum* nominatim recensetur (*Instit. S. I.*, vol. II, pp. 468 et seq.).

(6) En decretum 10mum illius Congregationis Generalis XXae, quod de *Ratione Studiorum* propius agit ad mentem hic a P. Roothaan indicatam:

« Decr. 10, *in Ms. act. 14.* — Postulatum est a Provinciis, ut nostra *Ratio Studiorum* nostris temporibus accommodaretur. Annuens huic postulato Congregatio, decrevit: ut R. P. Generalis selectis Societatis nostrae viris curam revidendae *Rationis Studiorum* demandaret, revisamque cum PP. Assistentibus examinaret, et approbatam omnibus Societatis Provinciis observandam praescriberet; concesso tamen iusto temporis spatio, ut e Provinciis Romam mittantur observationes, quae ad emendandam expoliendamque hanc *Rationem* possent inservire. Interim vero voluit Congregatio: ut, ad aliquam uniformitatem in singulis saltem Provinciis inducendam, Provinciales aliquas regulas provisorie statuant, a quibus

ta cum reverentia hoc negotium tractandum sit, quamque non leviter nec temere quidquam in eo opere mutandum, quod et a summis Viris, collatis diu multumque consiliis redactum, et duorum fere saeculorum experientia comprobatum, et ab ipsis etiam Societatis hostibus, summis non raro laudibus commendatum fuit.

In primis itaque Patres deputati meditate considerent, semperque prae oculis habere satagant scopum, quem S. P. Ignatius in studiis Societatis sibi praefixit, maius scilicet et universalius Religionis bonum (7); itemque ea, quae tum in Constitutionibus de scientiis discendis ac docendis earumque modo et ordine praescripta (8), tum in variis Congregationibus statuta sunt (9).

Deinde accurate totam *Rationem Studiorum* perlegant, ac seorsim adnotent, ubi in illius dispositionibus aliquid ipsis occurrat in quo immutari aliquid, vel addi, vel auferri temporum nostrorum ratio postulare videatur. Atque ista quidem omnia distincte tam circa inferiorum scholarum studia ac methodos, quam circa superiorum Philosophiae Theologiaeque tradendae normam.

Neque adnotare omittant, si quid forte in istius regionis optimae notae scholis utiliter inventum neque a nostro fine alienum, reperiatur; vel si quid etiam praeter communem nostrarum scholarum usum, pro istius regionis vel indole vel necessitate, postulari a bene ac religiose sentientibus desiderarive cognoscatur.

Modus procedendi in hac recognitione.

3. — Omnes a Patre deputato acceptas observationes R. V., una cum suis et Consultorum suorum adnotationibus, Romam deferenda per ipsum P. Deputatum curabit.

Postquam vero Patres Deputati Provinciarum Romam convenerint, quod fere optamus sub initium mensis Septembris, inter se conferant et ex omnibus observationibus diligenter discussis communi consensu aliquid definient nostrae approbationi subiiciendum.

Cumque res tota mature cum PP. Assistentibus examinata fuerit, mens nostra est primum quidem per temporariam quamdam Ordinationem urgenti maxime necessitati providere, eaque statuere quae ad maius Religionis bonum, ad scientiarum in Societate incrementum utiliora esse censebun-

---

non liceat Professoribus recedere, et R. P. Generali approbandum proponant elenchum opinionum, quas a Nostris doceri aut teneri non expediat, et etiam auctorum, qui in scholis nostris praelegi non debent » (*Instit. S. I.*, vol. II, pp. 470 et seq.). — Verum, durante regimine P. Aloisii Fortis (1820-1829), variis de causis et maxime (ut putamus) ob sociorum penuriam, nihil in hac re perfici potuit: cf. Pirri, pag. 199.

(7) Cf. *Constit.*, P. IV, prooem.; itemque *ibid.*, c. 5 n. 1, c. 7 n. 1, c. 11 n. 1.

(8) *Constit.*, P. IV, passim.

(9) Congregationes Generales vix non omnes aliquid de studiis agere debuerunt: cf. *Instit. S. I.*, vol. II, pp. 151-483 *(passim)*.

tur; experimento dein atque usu probanda, priusquam legis proprie dictae atque universalis vim obtineant (10).

Interea negotium sane gravissimum summique ad Dei gloriam et Societatis incrementa momenti, nec paucis, neque exiguis difficultatibus obnoxium, multum et accurate Deo Domino Nostro in SS. SS. ac precibus ab omnibus Nostris commendandum erit.

Ordinat. etc., 114 et seq.

DXCVIII.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De amore Societatis et Instituti nostri (1).

Roma, 7 Iulii 1830.

De amore Societatis et Instituti nostri.

Quod primo quoque tempore facere constitueram, cum onus gubernandae Societatis hisce meis infirmis humeris impositum viderem, etc.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 327-339).

DIC.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De tribulationibus et persecutionibus (2).

Roma, 24 Iulii 1831.

De tribulationibus et persecutionibus.

Quamquam non est quod dubitem, Reverendi Patres et Fratres in Christo carissimi, etc.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 340-347).

---

(10) Vide. infra, epist. DC.

(1) Cf. Pirri, pp. 164-166: ut ibi bene dicitur, haec communis epistola erat « come l'esposizione del programma ch'egli veramente attuò durante il suo governo ». — Cur autem haec aliasque similes Litteras cummunes hic non exscribamus, sed mere innuamus, vide *notam* praeviam in pag. 517.

(2) P. Pirri (pp. 318 et seq.) hanc epistolam vocat « una delle sue lettere più belle a tutta la Compagnia » eamque dicit esse « un documento eloquente del profondo spirito di fede e dell'intima unione del Servo di Dio col suo Crocifisso Signore »

DC.

Ad Praepositos Provinciales, Rectores Collegiorum, Praefectos studiorum, ac Professores.

Promulgatur nova editio « Rationis Studiorum » (1).

1. *« Ratio Studiorum » recognita mittitur. — 2. Quomodo hic labor peractus. — 3. Incommoda et pericula novae methodi passim inductae: in scholas superiores; in scholas inferiores. — 4. Aliquid tamen inde sumendum erat et necessitati temporum accommodandum. — 5. Paterna adhortatio de exsecutione.*

Roma, die 25 Iulii 1832.

1. — Quod iam in prima post restitutam Societatem Congregatione Generali a Provinciis postulatum fuerat (2), quodque quam esset necessarium experientia deinceps magis demonstravit, ut scilicet studiorum nostrorum *Ratio* praesentibus temporibus accommodaretur; id ex postremae Congregationis auctoritate (3) curatum, et utcumque tandem effectum, vobis, Reverendi Patres, proponimus ita in opus deducendum, ut si quid in ipso usu occurrat incommodi, remedium deinceps adferri, si quid maioris commodi gratia adiungendum videatur, addi suo tempore possit. Aliquot Patres, ut nostis, e diversis lectos Provinciis Romam advocavimus (4), qui quae in Provinciis notata et animadversa in *Rationem Studiorum* fuerant, secum cum attulissent, longo labore et accurato studio inter se omnia conferentes, ea demum proposuerunt, quae a PP. Assistentibus et nobis examinata ac diligenter discussa, vobis tandem offerimus, usu atque exercitatione probanda, ut dein emendata iterum, ubi opus fuerit, vel aucta, legis universalis vim ac sanctionem obtineant (5).

« Ratio Studiorum » recognita mittitur.

---

(1) Haec epistola edita est in fronte libelli cui titulus « *Ratio atque Institutio Studiorum Societatis Iesu* », Romae, in Collegio Urbano, 1832, pp. XIV-145. — Cf. etiam Pirri, pag. 200.

(2) V. supra, epist. DXCVII, not. 6.

(3) V. supra, epist. DXCVII, not. 2.

(4) Cf. epist. DXCVII. — Convenerant autem, ut narrat Pirri, (pag. 200), « i Padri Francesco Manera per l'Italia, Vincenzo Garofolo per la Sicilia, Loriquet per la Francia, van Hecke per la Germania, e Gil per la Spagna ». — De his Patribus mentio iam occurrit in litteris ad singulas Provincias missis, in hoc vel in praecedenti volumine.

(5) Textus *Rationis Studiorum* a Patre Roothaan per hanc epistolam anno 1832 ad Provincias missus experimenti causa, nondum « legis universalis vim ac sanctionem obtinuit » seu, ut dicit P. Coemans (*Breves Notitiae de Instituto etc.*, n. 148), de eo « numquam latum est iudicium definitivum »: ideoque in editione Florentina *Instituti Soc. Iesu*, anno 1893 excusa, vol. III, antiquus textus P. Aquavivae, non novus a P. Roothaan recognitus, editus est, utpote unicus adhuc officialis. Nam, quamquam labor iste recognoscendi *Rationem Studiorum*, a P. Roothaan susceptus et perfectus, plurimi sive tunc sive etiam nunc fiat in Societate, in tanta locorum et personarum et methodorum varietate et mutabilitate, quae ultimo hoc saeculo in re scholastica potissimum ubique habita est, vix potuit cogitari de ite-

Quomodo hic labor peractus.

2. — Grave sane erat, si quod aliud, negotium, in quo nihil leviter, nihil praepropere actum oportuit. Neque vero, ut in epistola ad Provincias missa, qua Patres deputati ad praeparanda huic operi necessaria vocabantur, monuimus, de nova *Studiorum Ratione* formanda agendum fuit, sed de eadem illa antiqua nostris accommodanda temporibus; « quo intelligeretur, quanta cum reverentia hoc negotium tractandum esset, quamque non leviter nec temere quidquam in eo opere mutandum, quod et a summis viris, collatis diu multumque consiliis, redactum, et duorum fere saeculorum felici experientia comprobatum, et ab ipsis etiam Societatis hostibus summis non raro laudibus commendatum fuisset » (6).

Incommoda et pericula novae methodi passim inductae:

3. — Quid enim? Ex tam multis, quae in iuventutis institutione studiorumque tractatione a decem eoque amplius lustris invecta sunt nova, probari fortasse poterant omnia et adoptari in scholis nostris? Novae in dies methodi, novae formae inventae, novus in tractandis scientiis ordo rerum ac temporum, saepe quidem vel inter sese pugnantes ac repugnantes, quî poterant norma fieri studiis nostris? Quis potius hominum recte sentientium tam multa innovata non deploret, quorum tam amari exstiterunt Ecclesiae reique publicae fructus?

in scholas superiores;

In superioribus quidem scholis sive in gravioribus studiis tractandis nihil admodum esse soliditatis, speciei multum; eruditionis exuberantis indigestam copiam, exactae ratiocinationis parum; scientias, si physica et mathematica excipias, non veros fecisse progressus, sed fere in summa confusione versari, ut non raro ex qua parte stet veritas vix appareat, passim boni omnes ingemiscunt. Logicae ac dialecticae severae studium paene despectum iacere; hinc errores mentibus hominum etiam non illiteratorum inseri, et, quo fato vel qua fortuna nescias, celebrari pro certis veritatibus ac laudibus extolli, quod nihil stricte et accurate dicatur, nulla definitionis distinctionisve ratio habeatur. Itaque, degustatis leviter philosophicis disciplinis, prodire iuvenes nullis instructos armis adversus sophismata novatorum, quae ne discernere quidem a solidis argumentis sciant. Hinc quibusvis erroribus etiam absurdissimis, qui nisi de rebus gravissimis ageretur, risu magis quam confutatione digni essent, capi mentes et illaqueari, quin ulla occurrat detegendae et commonstrandae falsitatis ratio.

in scholas inferiores.

De scholis inferioribus quid dicam? Omne studium in eo positum, ut quam plurima pueri discant, discant autem quam brevissimo tempore, et quam minimo labore. Belle

rum ratificanda una eademque methodo utut optima pro omnibus Collegiis et scholis Societatis. Atque ita, principiis potius et spiritui *Rationis Studiorum* quam litterae inhaerere contenta esse debuit Societas vix non ubique, ad scholas pro alumnis externis quod attinet.

(6) V. supra, epist. DXCVII.

sane. Sed ista tam multarum rerum disciplinarumque varietas, quas summis labris attingunt potius adolescentuli quam hauriunt, illud scilicet efficit, ut sibi quidem multa scire videantur, et aliquando semidoctorum turbam, scientiis aeque ac reipublicae, si qua est alia, perniciosissimam augeant; at nihil vere ac solide sciant. *Ex omnibus aliquid: in toto nihil.* Ut percursis brevi tempore humanitatis studiis, aetate tenerrimi, ingenio etiamnum rudi, ad gravissima philosophiae superiorumque scientiarum studia accedant, ex quibus cum emolumenti veri capiant ferme nihil, tum maioris libertatis usu capti in vitium praecipites rapiuntur, futuri mox doctores, certe, ut lenissime dicamus, immaturi. Quod autem methodi usque faciliores excogitentur, id si quid habere videtur commodi, habet certe et illud incommodi non parum, quod primum quidem quae sine labore comparantur, levissime etiam mentibus adhaereant, et brevi tempore acquisita brevi oblivione deleantur; deinde, quod quidem gravioris longe damni est, licet fortasse minus a plerisque cogitetur, quod ille deperdatur puerilis institutionis fructus vix non praecipuus, ut a teneris annis ad seriam animi applicationem, et ad laborem non sine vi aliqua sibi illata tolerandum assuescant; quod quantum valeat in omnem deinceps aetatem ad pravos animi motus compescendos, et ad imperandum sibi, quotquot fuere sapientes homines intellexerunt, et Spiritus Sanctus docet, ubi ait: *Bonum est homini, si portaverit iugum ab adolescentia sua* (7).

Haec ergo tam multa non nova magis quam noxia, ac nimium quantum Ecclesiae reique publicae perniciosa, eiusmodi sunt, quae a nobis adoptari nullo modo possint, nisi velimus a fine, ob quem isti scholarum labores a Societate suscipiuntur, plane aberrare; qui nequaquam in sola instructione literaria situs est, sed vel maxime institutionem iuventutis christianam sibi propositam habet; sine qua scilicet eruditionis ac doctrinae quantamvis copiam profecto plus damni quam utilitatis in rempublicam conferre tristis nimium multorum annorum experientia comprobavit.

Aliquid tamen inde sumendum erat et necessitati temporum accommodandum:

4. — Verum si novas istas methodos admittere nec decet nos, neque fas est in iis quae rectae institutioni ac scopo Societatis adversantur; si novitatum amatoribus, etiamsi vel maxime liceret aut expediret, satis a nobis fieri ne posset quidem, cum plerique non ab antiquis magis quam inter se discrepantia et pugnantia postulent: in aliquibus tamen quae rectae institutionis substantiam non attingunt, a Patrum nostrorum usu recedere temporum nos cogit necessitas, cui eatenus servire non modo nefas non est, sed rationi Instituti nostri ad maiorem Dei gloriam vel maxime consentaneum.

(7) *Thren.* III, 27: « Bonum est *viro*, cum portaverit etc. ». — Ut alias sat frequenter vidimus, P. Roothaan verba Sacrae Scripturae saepe memoriter allegare solebat, ideoque facile unum alterumve verbulum mutare ei contingebat.

in studiis altioribus;

Et in studiis quidem altioribus pertractandis, quam multa, quae olim ne in controversiam quidem vocabantur, hac autem iniquitate temporum acriter oppugnantur, firmis argumentis constituenda sunt, ne veritatis ipsa fundamenta subruantur. Quam multa vicissim, quae olim ad ingenii exercitationem magis quam ad veritatis confirmationem prolixe etiam agitabantur, nunc utilius omittenda, ut magis necessariis tempus suppetat, iis inquam doctrinis firmandis, in quibus summa rerum vertitur; utque ea, quae ad dubitationem in rebus etiam certissimis atque clarissimis movendam excogitata a male feriatis vel impiis hominibus fuere, veritatis luce discutiantur ac refellantur. Licuerit sane meliori aevo ingenio indulgere, et innoxiis licet, minus tamen utilibus quaestionibus diutius inhaerere; at nunc quidem certe necessitati magis serviendum est, idque eo etiam magis, quod ubique ferme iam angustioribus spatiis studiorum curriculum circumscribatur: cui incommodo remedium per nos adferri, optare quidem possumus, sperare vix ac ne vix quidem audemus.

in studiis physicis et mathematicis;

Eadem necessitas plus nunc temporis, quam olim, physicis ac mathematicis studiis tribui postulat. Neque vero haec studia, aut a suo Instituto aliena umquam existimavit Societas, aut nobis ea nunc negligere licet, quae maximi hac tempestate fiunt, et sine quibus Societatis academiae honorem tueri suum nequaquam possent, nec publicae exspectationi respondere. Quod si hisce scientiis multi in sanctissimae religionis detrimentum abusi sunt, tantum abest ut propterea deseri illae a nobis debeant, ut hoc vel maxime nomine studiosius ad eas incumbere etiam Nostros necesse sit, quo inimicis arma eripere, et quibus isti ad veritatem impugnandam abutuntur, iis ad veritatis defensionem recte uti nos possimus. Veritas enim ubique sibi constat et in omnibus scientiis una semper atque eadem eminet: nec fieri potest, ut quod in physicis aut mathematicis verum sit, veritati altioris ordinis unquam repugnet; modo ne ficta pro libidine ac temere affirmata pro veris atque indubitatis obtrudantur; quod ipsum impiorum artificium detegere atque convellere, studium est christiano ac religioso physices ac matheseos cultore dignissimum.

in scholis inferioribus.

Denique in scholarum inferiorum ratione illud providendum fuit, ut in illis tum accessoriis quibusdam rebus addiscendis aliquid temporis assignaretur, tum praesertim linguae ac literaturae patriae diligentior daretur opera, ita tamen ut salvum semper maneret ac praecipuum studium latinarum graecarumque literarum; quae ut olim fuere, ita sunt etiam nunc principes solidae doctrinae bonaeque literaturae fontes, ac perfectissima pulchritudinis exempla; quae si ob oculos animosque magis versarentur, non tam multa prodirent in dies hominum ingeniosorum scripta non minus dicendi

forma ac stilo quam sententiis et opinionibus nova plane ac singularia, quae vulgo quidem admirationi sunt ac stupori, sapientes tamen quique ac verae pulchritudinis studium habentes, ea ut depravatae nostris temporibus una cum moribus eloquentiae signa minime dubia miserantur ac dolent.

In eo igitur totus hic accommodandae *Rationis Studiorum* versatus est labor, ut necessitati temporum ita serviretur, quo tamen de solida rectaque iuventutis institutione quam minimum decederet.

Paterna adhoratio de exsecutione.

5. — Reliquum nunc est, Reverendi Patres, ut quae hic parata vobis offerimus, studiose ac diligenter in opus deducantur. Licet enim quaedam in his nunc quidem nonnisi temporaria sint, donec ipso usu atque experientia duce quid fortasse immutandum, quid adiungendum, quid tollendum sit, appareat; si tamen, quod nondum definita penitus ac stabilita sint, ideo segnius in actum deducerentur, numquam posset de successu certum ferri iudicium. Itaque Superiores exsecutionem ut urgeant, vehementer commendamus; designenturque in singulis Collegiis, qui successum hunc ipsum observent, et quid forte incommodi alicubi occurrat, quid maioris commodi gratia adhiberi posse videatur, adnotent, nobisque, quae illi adnotaverint, Praepositi Provinciales cum suis Consultoribus considerata et expensa transmittant.

Et quoniam novae in dies, in philosophicis praesertim disciplinis, exsurgentes opiniones vigilantiam nostram merito acuere debent, urgendum censemus quod Congregatio ab restituta Societate prima faciendum praescripsit (8), ut scilicet Provinciales nobis approbandum proponant elenchum opinionum, quas a Nostris doceri non expediat (9).

Itaque ad grande munus studiosae iuventutis instituendae strenue quisque pro gradu et officio suo incumbamus. Cum enim illud unum sit e praecipuis Societatis nostrae ministeriis, ob quod inter cetera et Pius VII sa. mem. Societatem redivivam voluit (10), et Principes ac populi eandem potissimum expetiverunt; cogitemus quaeso quantum cordi nobis id esse debeat, quo Ecclesiae reique publicae de nobis exspectationi respondeamus, Deoque Optimo Maximo, quod caput est, operam nostram probemus: cui equidem multis Sacrificiorum millibus e Societatis thesauro oblatis supplicare pro felici huius tanti operis successu non destiti, nec porro desistam, et in hoc eodem negotio supplices mecum apud Dominum omnes vos cupio.

Ex libello « *Ratio etc.* », initio (11).

---

(8) Cf. Congr. Gen. XX (anno 1820), decr. 10: in *Instit. S. I.*, vol. II, pag. 471.

(9) V. infra, epist... DCXVI.

(10) Litteris Apostolicis *Sollicitudo omnium Ecclesiarum*, die 7 Aug. 1814.

(11) Cf. hic supra, not. 1. — Deest in regesto ms., cui titulus: *Ordinationes etc.*; sed ibi desiderantur etiam aliae huiusmodi Litterae circulares seu encyclicae, quae typis edebantur, quaeque proinde alia ratione alioque fasciculo in Archivo asservari poterant et re vera asservantur.

DCI.

Monitum de vitiis linguae (1).

Omnibus commendat ut quam cautissimi sint in referendis nuntiis de domo in domum.

Roma, 3 Decembris 1832.

Omnibus commendat ut quam cautissimi sint in referendis nuntiis de domo in domum.

Observatum est, alicubi caritatem et aedificationem non leve detrimentum cepisse, et gravius etiam, ni remedium afferatur, timendum esse, ex quorumdam seu imprudentia, seu intemperantia, qui defectus in aliqua domo vel Collegio sive observatos a se, sive existimatos, temere seu voce seu etiam per litteras aliis Nostris enarrant et evulgant, idque non in Provincia solum propria, sed etiam in alias quandoque Provincias eiusmodi notitias transmittunt. Monentur omnes, ut videant, quam facile sit, in tali materia, etiam graviter offendere. Superiores vero sui muneris esse intelligant, in huiusmodi detractores inquirere ac severe pro culpae gravitate animadvertere, et praecipue tale litterarum commercium, quod ad destructionem magis quam ad aedificationem servit, impedire. Ipsi vero Superiores caveant summopere, ne in eodem genere peccent ipsi, quo sane nihil magis unionem animorum ac fiduciam imminueret; meminerintque exempli S. P. N. [Ignatii], qui, cum aliquando culpam unius e Nostris, eamque minime gravem, cum tribus Patribus communicasset, quam satis fuisset solis duobus indicasse, non ausus est ad aram celebraturus accedere, priusquam sacramentali Confessione illum linguae defectum expiasset.

Ordinat. etc , 121 sq.

DCII.

Ordinatio de admittendo Minervali pro America Foederata et Provinciis Angliae et Hiberniae (1).

Roma, 1 Februarii 1833.

1. *Narrat qua ratione dispensatio Pontificia data sit.* — 2. *Dolet de necessitate huius dispensationis.* — 3. *Normae de eius usu.* — 4. *Paterna adhortatio ad spiritum evangelicae paupertatis fovendum.*

Narrat qua ratione dispensatio Pontificia data sit.

1. — Exposuit nuper RR. DD. Iosephus Rosati, Sti Ludovici in Statu Missouriensi Episcopus (2), non modo nobis, in litteris

(1) In regesto nihil indicatur qua occasione datum sit hoc *Monitum*, neque erui potest utrum ad omnes Provincias an ad aliquas tantum mitteretur.

(1) Cf. epist. DLXXXI, in fine. — Quamquam haec Ordinatio pro solis Provinciis Americae Foederatae, Angliae et Hiberniae data est, similes tamen concessiones dein, cum iisdem fere Patris Roothaan commendationibus, praesertim post pertubationes politicas et bonorum depraedationes, paullatim ad quasdam alias regiones extendi debuerunt, magna cum Servi Dei sollicitudine et animi angore: cf. Pirri, 524 sq.

(2) RR. DD. Iosephus Rosati († 1843), e Congregatione Missionis, natus Sorae

ad nos datis die 10 Maii anni proxime elapsi, sed etiam Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, in America Foederata gravia oriri incommoda ex illa Instituti nostri lege, qua prohibemur stipendium ullum seu eleemosynam accipere pro puerorum seu adolescentium in Scholis nostris institutione; quod scilicet non solum absque huiusmodi stipendiorum perceptione Magistrorum sustentationi provideri non possit; verum etiam quod in illis regionibus ea vigeant adversus Scholas gratuitas praeiudicia ut honestiores parentes, etiam Catholici, dedecori sibi ducant, liberos suos cuiquam gratis instituendos tradere, malintque eos Magistris committere acatholicis mercede scilicet conductis, quam Nostris ea lege, ut nihil stipendii seu *Minervalis* nomine solvatur; fieri proinde, ut, quod a Sancto Patre Ignatio ad finem maioris Dei gloriae sanctissime institutum fuit, id ob tales illic circumstantias in gloriae Dei impedimentum atque adeo detrimentum cedat. Hisce rationibus SS.mo D. N. Gregorio XVI, fel. regn., per RR. DD. Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretarium [3] relatis, Sanctitas Sua, nostro etiam nomine rogata, non quidem ut ab illa Instituti lege pro his circumstantiis dispensaret, sed solummodo, ut quid agendum censeret declarare dignaretur, omnino Sibi videri dispensandum respondit. Et auctoritate Apostolica dispensavit, nostroque arbitrio ac prudentiae dispensationem huiusmodi committere dignata est ; quemadmodum nobis dictus RR. DD. S. C. Secretarius scripto retulit ex Audientia SSmi habita die 13ª Ianuarii huius anni 1833.

(Eandem porro facultatem Sanctitas Sua extendi voluit etiam ad Nostros qui in Anglia et Hibernia iuventuti instituendae operam navant; quod ibi etiam similes omnino rationes, similem adhibendam esse discretionem ad maiorem Dei gloriam suadeant).

Dolet de necessitate huius dispensationis.

2. — Hanc itaque dispensationem, dum quantum in nobis est, minime quidem lubentes, sed vera necessitate et intuitu maioris Dei gloriae unice inducti concedendam (in Statibus Americae Foederatae, in Anglia et Hibernia) existimantes, prout hisce nostris concedimus, *manentibus iisdem circumstantiis*, et non aliter valituram; facere non possumus, quin primo quidem dolorem, quem de tali necessitate concipere unumquemque Nostrum decet, exprimamus, ob quam scilicet ab illa Constitutione recedamus, quae merito a Congregatione V (decr. 29) gravissima dicitur, et exactissime observanda praescribitur; cuius inviolatam observantiam speciali voto, quotquot sumus Professi promisimus; quaeque pars est non minima gloriae nostrae et Instituti nostri apostolici; timendum etiam non im-

(Italia), Episcopus erat Sancti Ludovici ab anno 1827: optimus et zelantissimus Episcopus, Societati amicissimus; cf. GARRAGHAN, vol. I, pp. 111-497 *(passim)*.

[3] Erat tunc RR. DD. CASTRUCCIUS CASTRACANE DEGLI ANTELMINELLI (1779-1852), qui die 15 Aprilis illius anni 1833 Cardinalis erat futurus.

merito existimantes, ne hac dispensatione aliquid tandem decedat nobis de illa puritate, quam toties Sanctus Pater Noster in Constitutionibus inculcat, neve decursu temporis illud [minuatur] (4): *Praemium nostrum solus Christus Dominus iuxta nostrum Institutum futurus est; qui est merces nostra magna nimis.* (*Constit.*, P. IV, c. 15 n. 4).

Normae de eius usu.

3. — Porro circa huius dispensationis usum nostri esse muneris existimamus sequentia in Domino praescribere, super quorum accurata observatione conscientiam Praepositi Provincialis ac Rectorum seu Superiorum oneramus:

1° Pretium, *Minervalis* nomine solvendum, statuatur pro more regionis, et aliarum honestarum in ea Scholarum; statuatur autem a Praeposito Provinciali, auditis suis Consultoribus, et Rectore seu Superiore illarum Scholarum, de quibus agitur.

2° Pauperes, seu quorum parentes gratuita liberorum suorum institutione gaudere velint, hoc solo nomine quod non solvant, neque excludantur neque negligantur.

3° Iudicialiter *Minerval* exigere, seu litem intendere non solventibus, omnino prohibitum censeatur.

4° Proventus huius *Minervalis,* primo quidem in Nostrorum, qui circa Scholas occupantur, sustentationem, ubi id necesse est, impendatur; secundo: in aedificii Scholarum seu Collegii sarta tecta vel amplificationem, nec non in suppellectilis seu sacrae seu profanae comparationem et conservationem. Suppellectilis nomine intelliguntur etiam libri, aliaque Scholarum adiumenta. Ubi aliunde iam suppetit, aut quandocumque lapsu temporis, alia providebitur Nostros sustentandi ratio, nullo modo licebit *Minervalis* proventu ad Nostrorum sustentationem adhibere, sed totus in Scholarum ipsarum utilitatem, et in usus pios extra Societatis commodum insumendum erit.

5° Poterit quidem, et debebit etiam, ex eodem proventu *Minervalis* ad communes Provinciae sumptus pro rata portione subsidium accipi; at nequaquam censeri poterit is proventus ita reditus proprius Societatis, ut Superioribus libere de illo disponere liceat; verum, detractis modo supradicto sumptibus, quidquid reliquum fuerit pauperibus vel piis usibus extra Societatem omnino impendendum erit.

6° Praeter *Minerval,* quod statutum fuerit, alia dona aut munera a parentibus pro liberorum suorum institutione admittere non licebit, ubi is proventus ad necessarios sumptus sufficiat. Sicubi non sufficeret, poterunt quidem sponte oblata admitti; ita tamen, ut numquam particulari personae datum quid censeatur, sed in communen usum, iuxta nostrae paupertatis rationem, Superioris arbitrio convertatur. Caveaturque eo

(4) In regesto deest aliquod verbum, quod videtur sic suffici posse.

in casu, ne quod puritas ac libertas, in nostris ministeriis tam necessaria, detrimentum capiat.

Paterna adhortatio ad spiritum evangelicae paupertatis fovendum.

4. — Denique omnes, quantum possumus, enixe hortamur in Domino, ut in toto negotio omnem avaritiae speciem sollicitissime vitent. Quod de externa paupertatis nostrae forma per hanc dispensationem decedit, id interiore paupertatis spiritu et affectu maiore compensare conentur. Meminerintque ex S. Patris Nostri doctrina, in insigni illo suo exercitio de duobus Vexillis expressa, sicuti primum laqueorum Luciferi genus seu tentationum gradum esse divitiarum cupiditatem, ita primum gradum ad Christi doctrinam capessendam et ad Evangelicam perfectionem esse verum ac sincerum paupertatis affectum; quem quidem hominibus huius saeculi, pro nostrae vocationis munere, nulla alia ratione magis, quam exemplo liberi a cupiditate animi persuadere poterimus.

Haec Ordinatio bis in annos singulos ante Renovationem votorum [5] legi volumus in iis Domibus, in quibus huius dispensationis usus obtinebit. Et Consultores tum Provinciales tum Locales in litteris, quas ad nos dare statis temporibus ex Instituto tenentur, de hac Ordinatione addere debebunt, an lecta fuerit suis temporibus, et an accurate observetur.

Ordinat. etc., 122 sqq.

DCIII.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De Missionum exterarum desiderio excitando ac fovendo [1].

Roma, 3 Decembris 1833.

De Missionum exterarum desiderio excitando ac fovendo.

Nobile sane est et excellens, ac vocationis nostrae maxime proprium ministerium, etc.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 347-356).

---

[5] Qui ad *gradum* seu ad ultima vota pubblica nondum promoti sunt, ex regula tenentur sua vota, etsi et ipsa per se perpetua, bis in anno statis diebus simul renovare, praemisso recollectionis triduo, ad devotionem fovendam et ad suarum erga Deum obligationum memoriam excitandam.

[1] Cf. Pirri, pag. 221: « Questa lettera, com'era da aspettare, produsse una gioconda impressione in tutta la Compagnia, e il P. Roothaan si vide arrivare infinite domande da ogni parte, come se stesse per essere intrapresa una grande crociata per la conversione degli infedeli... ».

DCIV.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De spiritualium Exercitiorum S. Patris Nostri studio et usu (1).

Roma, 27 Decembris 1834.

De spiritualium Exercitiorum S. Patris Nostris studio et usu.

Saepe ac multum cogitanti mihi, Patres ac Fratres carissimi, etc.

(*Opera spir.*, vol. 1, pp. 357-366).

DCV.

Ad Patres et Fratres Societatis.

In Annum saecularem (2).

Roma, 27 Decembris 1839.

In Annum saecularem.

Instans quadragesimus huius saeculi annus, qui tertium a confirmata per Paulum III Societate saeculum claudet, etc.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 367-382).

(1) Cf. Pirri, pp. 188-192. — De hac epistola, idem Auctor (*ibid.*, pag. 192) iure dicere potuit: « E' incredibile il frutto che la Lettera del P. Generale produsse e ha continuato, fino ad oggi, a produrre nella Compagnia, col novello ardore da lui suscitato per la stima e l'uso degli *Esercizi spirituali*...; la pratica degli *Esercizi* si è venuta, dopo di lui, aumentando ogni giorno più, con ubertosissimi frutti ». — Haec eadem epistola imprimi solet in fronte novarum editionum *Exercitiorum* cum versione litterali et notis Patris Roothaan.

(2) Cf. Pirri, pp. 330-334. — Hanc pulcherrimam epistolam idem Auctor (*ibid.*, pag. 330) iure vocat « forse la più bella ch'egli abbia scritta ». Ei addebantur duae appendices, quae item editae sunt inter *Opera spir.* (vol. II, pp. 382-386): 1. « Quae praestanda omnibus commendantur hoc anno saelulari »: 2. Normae quaedam « pro solis Superioribus ». — Agebatur, ut notum est utque apparet ex primis ipsis epistolae verbis, de III centenario a prima approbatione Apostolica Societatis a Paulo III die 27 Sept. 1540 data, cuius nunc ipsum (anno 1940) IV centenarium occurrit.

DCVI.

ORDINATIO

de iis quae servanda sunt, in evulgandis Nostrorum libris vel quibuscumque elucubrationibus.

---

1. *Laudat studium scribendi edendique libros, sed prudentiae opus est.* — 2. *Normae praescribuntur hac in re servandae.*

Roma, 4 Martii 1844.

1. — Laudabile quidem, et spiritui Societatis maiorumque exemplo conforme, in variis Provinciis videmus excitari plurium Nostrorum studium scribendi, et in lucem edendi libros aliave scripta sua ad Christianae rei publicae utilitatem. Cum enim typorum opera tanta passim animarum pernicies struatur, optandum profecto, ut eadem opera tanto malo aliquod paretur etiam per Societatis homines remedium. At monet nos nostri officii ratio, ut caveamus ne Nostri in edendis libris scriptisve levitatem praesentis saeculi imitentur; neve quidam *pruritu*, ut Congregatio postrema decr. XXVI loquitur, scribendi et sua scripta edendi abripi se sinant. Itaque eadem Congregatio eodem decreto commendavit, ut quae in Instituto praescripta sunt circa editionem librorum accurate serventur. Qua quidem in re aliquam alicubi negligentiam irrepsisse non sine dolore animadvertimus; et, ni remedium afferatur, graviora etiam incommoda aliquando inde enascitura merito timere debemus.

Laudat studium scribendi edendique libros, sed prudentiae opus est.

2. — Quare, adhibito PP. Assistentium consilio, ad praxim eorum, quae in Instituto, ac praecipue in Regulis Revisorum generalium habentur, urgendam, sequentia praescribere visum est, quae omnibus Provincialibus servanda enixe commendamus:

Normae praescribuntur hac in re servandae.

1° Si quis Nostrorum aliquid a se elucubratum in lucem edere velit, in primis ad Provincialem scripta sua deferat, qui dispiciet an argumentum scriptionis eiusmodi sit, de quo ab homine Societatis publicari aliquid utile fore aut certe non inconveniens videatur, nosque admonere non omittat, sive certo convenire talem publicationem existimet, sive dubitet. Nam si minime convenire putabit, sufficiet scriptori suam de re sententiam aperire, qui si forte Provincialis sententiae non acquiescat, utique ad nos recurrere non prohibetur.

2° Iamvero si Provinciali argumentum scriptionis probetur, Revisores seu Censores in Provincia nominabit, quos

nobis probandos reservamus; qui quidem et numero pro argumenti qualitate assignandi sunt, iuxta Regulam Revisorum generalium secundam, et monendi ut ipsas illas Regulas diligenter legant et observent in iis omnibus, quae circa revisionem instituendam ac iudicium ferendum ad singulos Revisores spectant. Curandum vero, quantum fieri poterit, ut iuxta Congr. XVI decret. 15, Censores ignoti sint Auctoribus et Auctores Censoribus.

3° Quae censurae factae fuerint, eas cum Auctore communicari nil vetat; ut, si quidem ad illas scripta sua conformare paratum se exhibet, id ipsum exsequi possit.

4° Si Revisorum iudicia inter se non conveniant, res omnis Romam referenda erit. Sin autem unanimi consensu librum luce dignum existiment, quod mediocritatem in suo genere non mediocriter superare censeant, nil obstabit quominus Provincialis ipse licentiam concedat.

5° Omnino tamen necesse est, ut Censores singuli seorsim ad nos suam de edendo libro sententiam transmittant; ut ubi opus in lucem prodierit, constare possit quinam Censores fuerint, quodve tulerint iudicium.

6° Articulos etiam, ut vocant, ephemeridi alicui destinatos nemo conscribat sine Provincialis facultate, qui et nos de his admonere debebit; neque ullo modo publicari permittet, nisi praemissa diligenti revisione. Quod item intelligendum de iis, quae cui Nostrorum, alium forte quemcumque scriptorem externum adiuvando, conscribere seu dictare contigerit. Nemo etiam sine debita facultate librum quemcumque iam alias editum recudendum curabit; qua in re etiam revisionis Regulae servandae.

7° Caveatur ne in imprimendis libris Collegia vel Domus sumptibus immodicis graventur. In contractibus vero cum typographis ineundis servetur Congr. XVI decr. 33.

Denique Provincialium studium et vigilantiam excitamus, ne in re tanti momenti tantique periculi molles sese aut incurios praebeant, sed exsecutioni huius Ordinationis diligenter insistant; quae cum Consultoribus Provinciae, Collegiorumque seu domorum Superioribus communicetur, et libro Ordinationum inscribatur.

Ordinat. etc., 142 sqq.

DCVII.

Ad Praepositos Provinciales.

De historia et bibliographia Societatis apte paranda (1).

1. *Romam afferatur index eorum, quae ad historiam Societatis conscribendam pertinent, initium ducendo ab anno 1625.* — 2. *Item index auctorum et librorum a Nostris editorum ab instaurata Societate ad annum 1844.*

Roma, 24 Maii 1844.

Romam afferatur index eorum, quae ad historiam Societatis conscribendam pertinent, initium ducendo ab anno 1625.

1. — Cum universae Societatis intersit ut eius historia singulari scribatur diligentia et fide, nihil profecto praetermittendum est, quantum in nobis erit, quo rem tantam consequi possimus. Id fieri porro nequit, nisi suppetant certa rerum gestarum monumenta; quae si desint, necesse est, ut res gravissimae vel omittantur penitus, vel secus ac revera gestae sunt, narrentur, non sine turpi negligentiae aut inscitiae nota. Id ne accidat providendum eo diligentius arbitramur, quod historiae nostrae conscribendae aut certe parandae eius materiae curam urgere iam serio constituimus, tum ad omnium solatium et aedificationem, tum ut votis ultimae Congregationis Generalis faciamus satis (2). Quod igitur Patres memoratae Congregationis commendarunt PP. Provincialibus, nempe ut documenta in sua quisque Provincia colligant (3), praesentibus litteris iterum commendamus. Quamobrem R. V. iubeat conquiri suis in Collegiis ac Domibus quidquid ad Historiam nostram pertinebit, initium ducendo ab anno 1625, ubi Societatis Historia, quae est hactenus edita, desinit (4);

(1) Cf. Pirri, pp. 163 et 311.

(2) Congr. Gen. XXI (anno 1829), decr. 21, haec edixerat: « Cum postulatum etiam esset, ut Historia Societatis ad omnium solatium et aedificationem continuetur, item et Bibliotheca Scriptorum Societatis; Congregatio, hoc desiderium vehementer probans, rogavit Patrem Nostrum: ut quamprimum commode fieri poterit huic operi intendat. Interea vero commendavit PP. Provincialibus: ut documenta in sua quisque Provincia colligant, et Historiam Collegiorum et Domorum, praecipue a restituta Societate, confici et Romam cum annuis litteris mitti curent, iuxta Ord. Gen., cap. 1, § 5 ».

(3) V. notam praec.

(4) Agitur de *Historia generalis Soc. Iesu*, de qua cf. Coemans, *Breves Notitiae de Instituto, Historia, Bibliographia Societatis*, edit. 2a, Bruxellis, 1937, pp. 64 et seq. — Edita fuerant saeculo XVII quinque prima volumina, auctoribus PP. Orlandini et Sacchini; ineunte autem saeculo XVIII, aliud volumen prodierat, auctore P. Juvencio; demum anno 1750 apparuit septimum volumen auctore P. Iulio Caesare Cordara, quo historia Societatis deducebatur usque ad annum 1625. P. Cordara alterum reliquerat volumen manuscriptum, quod tamen tunc deperditum putabatur. Inventum vero est anno sequenti (1845) illudque P. Roothaan edendum curavit: vide infra, epist. DCX.

omnesque Rectores et Superiores locales admonendos curet ut ipsi exhibeant catalogos omnium eius generis librorum aut manuscriptorum codicum, qui in ipsorum domibus asservantur, uti sunt: Historiae Provinciarum, Missionum, Domorum, vita quoque insignium virorum Societatis, disputationes, tractatus de rebus gestis et institutis Nostrorum, non solum ab amicis sed etiam ab inimicis conscripti. Ex catalogis e domibus acceptis, curet deinde R. V. generalem indicem confici, in quo titulus, auctor operis, annus quo editum [est], numerus demum exemplarium, quae in ista Provincia habentur, adscribendi erunt.

Item index auctorum et librorum a Nostris editorum ab instaurata Societate ad annum 1844.

2. — Alterum indicem a R. V. requiro, in quo scilicet referantur nomina auctorum et librorum a Nostris in ista Provincia editorum, de quibus hactenus constat, ab instaurata Societate usque ad currentem annum 1844 (5).

Utrumque hunc indicem Procuratori ad Congregationem huc venturo (6), si intra hoc tempus parari poterit, tradet, ac sibi persuadebit rem et Societati valde utilem et nobis fore acceptissimam.

Commendo me SS. SS.

Ordinat. etc., 146.

DCVIII.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De Societatis progressu et periculis (1).

Roma, 29 Ianuarii 1845.

De Societatis progressu et periculis.

Quod iam dudum meditabar, Patres ac Fratres carissimi, quodque ob temporis angustias nimis iam diu distulisse mihi videor, id nunc tandem, etc.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 386-396).

---

(5) Huiusmodi indices necessarii erant ad parandam integram Societatis bibliographiam seu *Bibliothecam Scriptorum Soc. Iesu*, ad mentem Cong. Gen. XXI (v. supra, not. 2). Cf. Pirri, p. 311.

(6) Hoc anno 1844, mense novembri, cogenda erat Romae consueta triennalis Congregatio Procuratorum, ad quam e singulis Provinciis unus ad hoc electus mittendus erat Procurator.

(1) Quamquam, ob suum erga Societatem amorem, P. Roothaan valde gaudebat de eius incremento, paterna tamen anxietate cruciabatur ne hoc ipsum incrementum et felix progressus humilitati noceret; ideoque studiose Societatis filios praemonitos voluit, et animo fere prophetico mox futuras tribulationes praenuntiabat.

DCIX.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De praesenti calamitate (1).

Roma, 21 Septembris 1845.

Sub anni huius initium, cum ad universam Societatem de felicibus eius incrementis scriberem (2), etc.

De praesenti calamitate.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 396-403) (3).

DCX.

Ad Praepositos Provinciales.

De novo Societatis historiae volumine conscribendo (1).

Roma, 25 Septembris 1845.

Historiae Societatis Iesu Partis Sextae (2) a Patre Iulio Cordara conscriptae libri decem priores typis Romanis prodierunt anno 1750, reliqui autem hactenus inediti, cum diu frustra quaesiti fuissent, tandem, divina ita disponente Providentia, ex archetypo fideliter transcripti in manus nostras pervenerunt (3). Itaque cum consentire minime possim, ut Societas universa solatio, quod ex horum librorum lectione capiet, diutius, quam necesse est, careat, de novo hoc volu-

De novo Societatis historiae volumine edendo.

---

(1) Occasio huius epistolae fuere potissimum gravissimae difficultates et persecutiones, quas tunc Societas patiebatur in Gallia: cf. Pirri, pp. 334-350.

(2) Cf. epist. praeced.

(3) *Ibid.*, pag. 403, errata est dies qua epistola data exhibetur: XII Sept.; legendum est: *XXI Sept.*

(1) Ita inscribitur haec epistola in regesto; sed legendum potius videtur: «... typis edendo». Vide supra, epist. DCVII, not. 4; itemque cf. Pirri, pag. 312.

(2) *Pars sexta* dicitur volumen Patris Cordara anno 1750 editum, itemque novum de quo edendo hic agitur, quamquam in tota serie *Historiae S. I.* illud erat septimum, hoc vero *octavum volumen* erat futurum. Nam *Partes* computantur secundum numerum Praepositorum Generalium; P. Cordara autem scripsit de generalatu *sexti* Praepositi, P. Mutii Vitelleschi, qui Societatem rexit ab anno 1615 ad 1645, sed narrationem deduxit tantum usque ad annum 1632. Cf. Coemans, *Breves Notitiae*, pag. 65.

(3) P. Petrus Ragazzini, *Prov. Romana* (1827-1851-1877), qui deinde voluminis typis edendi curam habuit, rem ita narrat in praefatione (pag. VI): «[Hi libri] inventi sunt aliquando tandem in regia Bavariae bibliotheca, quo crediderim eos devenisse divenditos ab aliquo, cui post abrogatum nostrum Ordinem auctor superstes eam suarum lucubrationum partem sive dono, seu alio quovis pacto tradidisset. Re cognita, P. Ioannes Roothaan Praepositus Generalis curavit, ut inde exemplum quam accuratissime describeretur, ad seque Romam mitteretur».

mine historiarum nostrarum typis mandando sine mora cogitare coepi [4]. Ut vero numerus exemplarium, quae excudenda erunt, aliquo saltem modo definiri possit, a R. V. scire cupio, quot exemplaria in sua Provincia certo emptum iri existimet. Cum dico « in sua Provincia », non nostras tantum, sed externorum quoque bibliothecas intelligo. Quapropter R. V. a Superioribus localibus sibi referendum curet, quot pro sua quisque domo emenda putet, quot pro aliis bibliothecis, cum quorum Praefectis commode agi potest, desiderentur. Pretium, quod priusquam hunc numerum cognoverimus, accurate definiri non potest, erit tamen certe valde moderatum.

Commendo me SS. SS. SS.

Ordinat. etc., 148 sq.

DCXI.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De temporum nostrorum acerbitate et studio perfectionis [1].

Roma, 1 Ianuarii 1847.

De temporum nostrorum acerbitate et studio perfectionis.

Quod pro mei muneris debito iam non semel feci, Patres Fratresque carissimi, etc.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 403-412).

---

(4) Cui primum voluminis edendi cura commissa sit, non constat. « Verum (ut narrare pergit idem P. Ragazzini, *ibid.*) turbulentior, quae cito increpuit ac paulo post ingruit, commotio rerum publicarum, quaeque Societatis magnam partem dispulit, antevertit editionem operis, eamque in vacuos a gravioribus curis annos ampliavit ». — Prodiit tandem Romae anno 1859, mandante P. Generali Petro Beckx, typis Civilitatis Catholicae eleganter admodum impressum, 728 magnis paginis constans, curante eodem P. Petro Ragazzini, qui etiam postremum librum, quem Cordara imperfectum reliquerat, perbelle complevit inde a numero 199 ad finem usque.

(1) Hac epistola, spiritu supernaturali plena, P. Roothaan suos tot inter calumnias et vexationes constitutos et peiora in dies iure pertimescentes solari contendit praecipue ex beatitudine, quae in persecutionibus pro Nomine Iesu sustinendis consistit, eosque urget ut summa cum humilitate perfectionis studium impensius foveant. Quam opportuna quamque utilia haec monita tunc essent, et quam prudenter P. Roothaan peiora praevideret, tristes sequentis anni 1848 eventus comprobarunt.

DCXII.

Ad Praepositos Provinciales.

De « Actis Litterariis Societatis Iesu » edendis (1).

1. *Quot quantique errores nunc spargantur.* — 2. *Necessitas uniendi vires catholicas.* — 3. *Quid praestare possit Societas.* — 4. *Proponitur novus libellus periodicus « Acta litteraria » edendus.* — 5. *Sex normae seu regulae traduntur ad hoc consilium in praxim deducendum.*

Roma, [25 Septembris] 1847 (2).

Quot quantique errores nunc spargantur.

1. — Inter praecipuas calamitates, quae nostram aetatem affligunt, non postremum locum obtinet effraena opinandi licentia, quae nullos, quos patres nostri posuere, terminos reveretur. Scitis, Reverendi Patres, quam late sese diffuderit, quam multos omnis conditionis iuvenes et senes, summos ac infimos dira haec pestis invaserit, ut iam non officinae, non scholae, non academiae, nullus denique ab ea tutus locus sit, nullum disciplinarum genus, quod pernicioso suo afflatu non contaminaverit. Notum insuper est, quam multis, quam variis, quam efficacibus nocendi artibus huius pestilentiae propagatores instructi sint. Hinc non modo sacrosancta Religionis mysteria temerariis perscrutationibus exponuntur, et inaccesso simplicioribus sophismate convellunt divinae revelationis argumenta; verum etiam humanae societatis columina, ipsa certitudinis omnisque veritatis fundamenta labefactantur; ut adeo mirum videri non debeat, si hodie vel inter religionis propugnatores non pauci hinc inde occurrant, qui non ab omni communis contagionis halitu prorsus intemerati perstiterint; si in nonnullis etiam Catholicorum scholis praesertim philosophicis, circa fundamentalia principia adeo fluctuetur; si vel ipsae denique recte dicendi scribendique regulae susdeque vertantur.

Necessitas uniendi vires catholicas.

2. — Et quamvis nulla ferme catholica natio sit, apud quam non plures doctrina pietateque insignes viri numeren-

(1) Iamdudum cogitaverat P. Roothaan de ratione obsistendi erroribus et perniciosis doctrinis quae scriptis quaquaversus diffusis spargebantur. Auditis autem peritorum virorum consiliis, statuit libellum quendam periodicum latinum condere, *Acta litteraria Soc. Iesu* inscribendum, de quo hic datur programma. Verum ingentes perturbationes politicae, quae post paucos menses, anno 1848 omnia susdeque verterunt, ipsumque P. Roothaan ex Urbe expulerunt, grande hoc opus praepedierunt. Sed haec tentamina viam straverunt opportunissimo alii periodico, quod iam a nonaginta annis floret in Italia, « *La Civiltà Cattolica* ». Cf. Pirri, pp. 463-469.

(2) In regesto dicitur tantum « Anno 1847 »; sed P. Pirri (pag. 464) dicit hanc epistolam missam esse « ai Provinciali e ai Superiori » die 25 Sept. 1847.

tur, qui se veluti murum opponunt pro Domo Dei [3], et pro avita Religione paternisque traditionibus fortiter constanterque decertare non cessant; cum tamen singulares plerumque, sibi permissi, omnique directione destituti existant, utut etiam de Religione, de bonis artibus et scientiis, deque litteris praeclare mereantur, non eum tamen maturum solidumque proferunt fructum, qualis iure merito exspectari posset a numeroso eruditorum hominum coetu, qui scilicet mutuis auxiliis validior, uno sub duce veluti acies bene ordinata, adversus communem Ecclesiae hostem progrederetur.

Quid praestare possit Societas.

3. — Cum igitur saepe perpenderemus, atque etiam a viris gravissimis nobis exponeretur, adiumentum non exiguum praestari a nostris hominibus posse, si nempe ex omnibus Provinciis socii in disciplinarum studiis magis versati vires conatusque coniungerent suos, si in unum veluti publico usui apertum thesaurum conferrent quidquid contra grassantes errores et ad sanam doctrinam promovendam unionique pro data sibi a Patre luminum gratia elaborare contingeret; vos ipsi cogitate, Reverendi Patres, num in hisce quotidie ingravescentibus periculis, cum de Christiana republica bene merendi novus modus se offerat, nobis minus operosis, quam adversarii nostri, aut in tam insueto, quo ipsi utuntur, pugnandi genere, nobis consueta armorum tractatione contentis esse liceat.

Proponitur novus libellus periodicus « Acta litteraria » edendus.

4. — Quare collatis cum PP. Assistentibus consiliis statuimus in Domino ad sanam doctrinam promovendam ac defendendam cum totius Societatis nostrae concursu, statutis per annum temporibus, variarum compositionum delectum ad usum publicum edere, si modo sufficiens et perseverans Provinciarum cooperatio sperari possit. Hinc praesentes litteras ad vos, Reverendi Patres, dirigimus, ut re coram Deo et cum Consultoribus diligenter examinata, significare velitis, an et quid a Provincia ista, spectatis Sociorum viribus occupationibusque, quotannis praestari posse videatur; ut enim opus prudenter inchoari valeat satis erit si ex unaquaque Provincia in annos singulos binae vel ternae utiles dissertationes Romam mitterentur.

Sex normae seu regulae traduntur:

5. — Ut autem in re tam ardua periculum omne quoad fieri potest removeatur certusque finis obtineatur, sequentes veluti regulae ad hoc opus collaboratoribus ob oculos habendae visae sunt:

1° *Actorum* materia.

1°. Huiusmodi *Actorum* edendorum finis cum sit sanam doctrinam illustrare, promovere ac defendere, praecipua in illis tractanda materia est quidquid ad ecclesiasticas disciplinas pertinet et cum illis quoquo modo connexum est. Dein philosophia cum omnibus suis partibus, quales in academicis scientiarum facultatibus proponi solent. Principia

(3) Cf. *Ezech.*, XIII, 5: «... Neque opposuistis murum pro domo Israel ».

denique omnis litteraturae et alia quae ad rectam iuventutis educationem institutionemque referuntur. Uno verbo *Actorum* nostrorum materia sunt ea omnia, quae a Societatis hominibus vel in scholis vel scriptis libris tractari solent. Horum quaedam si directe non conferunt ad Religionem, utilia tamen sunt ad quosvis doctos viros catholicis scholis conciliandos.

2° Finis habendus prae oculis.

2°. Ut autem propositum nobis finem rite assequamur, quicumque ad *Acta Societatis* operam suam collaturi sunt, iis semper menti obversari debebunt tum regulae quas S. P. Ignatius in Exercitiorum libello tradidit ad recte sentiendum cum Ecclesia (4); quodque in suis Constitutionibus saepius commendatum reliquit, ut scilicet omnino doctrina suspecta (5) et quae differat a communi Doctorum sensu (6) evitetur semperque doctrinam eamdem omnes, magis communem, securiorem (7) et magis solidam (8) in omnibus sectentur; tum illud etiam, quod tam Generalium Congregationum Decretis (9), Praepositorumque Ordinationibus (10) cautum est, ut ab iis scilicet quae ad rationem status pertinent, a quaestionibus nempe politicis, prorsus abstineant; tum denique ut in quovis litteraturae genere a veterum auctorum, quos classicos vocant, tramite ne recedant (11).

3° Modus pertractandi materiam.

3°. Modus scribendi materiasque pertractandi inde desumendus est, quod *Acta* nostra non ad communem Ephemerides sive scribentium sive legentium classem, sed ad eruditorum hominum coetum diriguntur; a quibus nempe tam sana quam perversa doctrina ad inferiores classes promanare solet. Stylus esto (12) qualis scientificis dissertationibus convenit, simplex, clarus, concisus, gravis, ab omni affectatione et negligentia, ab acerbitate et mollitie aeque alienus.

4° Quatenus librorum recensiones admittendae.

4°. In hisce porro *Actis* propositum nobis non est de novis quibusque libris rationem reddere, etiamsi alicuius momenti esse videantur; quare recensiones novorum librorum non admittentur, nisi tales illi essent, qui propter utilem vel perniciosam doctrinam Christifidelibus vel scientiarum

---

(4) In fine libri Exercitiorum (nn. 352-370 in edit. hispano-latina anni 1928, apud Marietti, Taurini-Romae). Vide etiam inter *Opera Spir.*. vol. I, pp. 208-213, ubi referuntur hae Regulae, quia versio latina litteralis ex hispanico textu libri Exercitiorum et notae appositae sunt ipsius P. Roothaan.

(5) *Constit.*, P. IV, c. 14 n. 1.

(6) *Ibid.*, P. III, c. 1 n. 18.

(7) *Ibid.*, P. VIII, c. 1, K.

(8) *Ibid.*, P. IV, c. 5 n. 1 et c. 14 n. 1.

(9) Cf. *Coll. Decr.*, dd. 239 et 313; *Epit. Instit.*, n. 700.

(10) Passim id a Generalibus cautum est.

(11) Quantum P. Roothaan semper institerit ut studia litteraria « a veterum auctorum, quos classicos vocant, tramite » ne recederent, apparuit etiam a disputatione anno 1851 habita circa librum sac. GAUME contra classicos: cf. PIRRI, pp. 480-482.

(12) In regesto legitur « *est* », sed evidenter agitur de futuro, ideoque legendum putamus « *esto* ».

profectui plurimum prodesse vel nocere posse iudicarentur. In huiusmodi autem recensionibus et passim quoties citabuntur Auctores, maxime qui adhuc vivunt, sedulo cavendum erit tum ab omni nimia, quae assentationem saperet, laudatione, tum multo magis ab omni quarumcumque personarum vel nationum vituperio; uno verbo vitanda erunt ea, quae legentibus offensioni esse possent, atque in omni scribendi tenore exquisita semper urbanitas elucere debebit. Sic enim et Societati nostrae viri eruditi, quorum hodie tanta tam ad bonum quam ad malum auctoritas est, facilius conciliabuntur.

5° Latina lingua adhibenda, et cur.

5°. Cum *Acta litteraria* componenda sint non unius Provinciae, sed universae Societatis eruditorum concursu, nec materias complectentur, quarum utilitas nonnisi localis adeoque exigua sit, neque demum ad unius, sed ad omnium nationum doctos viros dirigantur; manifeste consequitur, nonnisi unum omnibus ubique commune idioma, latinum videlicet, adhibendum in illis esse; id enim aequitas postulat, cum ex iis linguis, quae propriam celebremque litteraturam habent, quales vel sola Europa saltem sex vel septem numerat, nulla absque gravi iustaque nationis offensione excludi posset; omnes autem admittere vel ipsae typographicae difficultates non sinerent, nec leve taedium plerisque lectoribus crearet. Aliud est de brevioribus quibusdam Auctorum textibus, quoties ad illorum sententiam accuratius exhibendam propria verba citare necesse videretur. Hoc porro unius latini sermonis usu plus gravitatis dignitatisque ipsis *Actis* nostris accedet, et maior inter Nostros illius exercitatio promovebitur; frequentibus insuper externorum doctorum querelis de impedita sibi cum eruditis romanis communicatione saltem ex parte nostra fiet satis; novarum dein systematum auctores et defensores, qui in metaphysicis potissimum, quoties refelluntur, toties sese perperam intellectos causantur, ut clarius et cuique nota lingua rem explicent, facilius adigentur; denique facto ipso monstrabitur nullum esse humanarum cognitionum genus, quod non aeque accurate perspicueque latino ac alio quovis idiomate pertractari possit.

6° Qua ratione scriptorum censura peragenda.

6°. Nulla scriptio in *Actis* admittetur nisi quatuor Censorum tria certo faventia iudicia tulerit. Hi autem Censores Romae constituentur ex singulis Assistentiis. Munus eorum erit accurate observare tum ea, quae in Regulis Revisorum generalium, tum quae circa *Acta* ista in hisce litteris nostris praescribuntur. — Ad Praepositos Provinciales spectat providere, ut scriptiones omnes ad *Acta* destinatae non prius Romam mittantur, quam a Provinciae Revisoribus iuxta suas regulas, consideratisque *Actorum* fine conditionibusque, habitae fuerint tales, quae in illis publicari mereantur. — Quisquis suas Romam mittet scriptiones consensurus praesumetur, ut leviora in illis errata et mendae corrigantur. Quod

si singularis opinio in illis occurret, quae Censorum iudicio non videretur toleranda, de ea monendus erit Auctor, vel si is declaraverit se opus suum Romanorum Censorum iudicio permittere correctio Romae fieri poterit.

Atque haec in praesentiarum sufficiant ut *Actorum* nostrorum scopus conditionesque rite intelligantur. Plura dabit usus. Superest ut omnes, quos spectat, corde magno A. M. D. G. opus aggrediantur.

Ordinat. etc., 150-153.

DCXIII.

ORDINATIO

DE SACRAE THEOLOGIAE STUDIO PROMOVENDO [1].

1. *Scientia magis fundata, praesertim in re morali, alicubi in nostris Scholasticis desideratur, et cur.* — 2. *Hinc etiam examen ad gradum aliquid detrimenti capit.* — 3. *Remedia indicantur et praescribuntur.*

Roma, 15 Octobris 1847.

1. — Ex variarum Provinciarum iteratis relationibus compertum habemus, Scholasticos nostros non ubique in universa Sacra Theologia satis solide exerceri, atque in iis praesertim, quae ad mores efformandos spectant, scientiam magis fundatam nonnumquam desiderari [2]. Causa passim affertur, quod plures materiae non pro earum dignitate et momento in scholis discutiuntur, siquidem bini Sacrae Theologiae Ordinarii Professores, rerum quas pro temporum necessitate pertractare debent mole impediti, quoad materias quae Primae-Secundae et magnam partem Secundae-Secundae Divi Thomae Summae Theologicae parti respondent praecipuamque morum doctrinam continent, auditores suos ad Theologiae Moralis Professorem remittere coguntur.

Scientia magis fundata, praesertim in re morali, alicubi in nostris Scholasticis desideratur, et cur.

Verum has Theologiae partes pro illarum dignitate et momento Moralis Theologiae Professor pertractare non pot-

(1) Quantum P. Roothaan studia theologica in Societate promoverit et quam attente semper vigilaverit ne haec studia vel minimum a recta via deflecterent, cf. PIRRI, pp. 199-201, 298-304. Vide etiam supra, epist. DXCVII et DC, itemque infra, epist. DCXVIII. — Ceterum hoc ei etiam a Congregatione Generali XXI anno 1829 (decr. 13 et 14) commendatum et commissum fuerat; Congregationis autem decretis et optatis P. Roothaan obsequentissime et fidelissime satis facere assidue curavit.

(2) Si quis cogitet Societatem tunc recens renatam esse et summa sodalium iam formatorum penuria laborare, has querelas et hos defectus tunc haberi mirum profecto videri non debet. Nam, ex iis ipsis quae in epistola dicuntur, patet defectus praecipue haberi ex insufficienti Professorum numero.

est: hic enim, attentis suis regulis (3), illis nostris Scholasticis, qui nonnisi compendiariam Theologiam frequentant (4), destinatus est, et a profundioribus discussionibus abstinere, ad practicas conclusiones sese restringere, omnemque insuper suum cursum biennio terminare tenetur.

Hinc etiam examen ad gradum aliquid detrimenti capit.

2. — Porro ex sufficientis illarum materiarum discussionis omissione proculdubio factum est, quod ex transmissis ad nos undique thesibus patet, ut in Examine ad Gradum (5), quoad Theologiam, ex illis solis materiis, quas bini Ordinarii Professores tractant, propositiones exhibeantur, nulla vero ex ceteris materiis, quas omittere ipsi solent; ut proin Examen illud iam ex universa Theologia dici nequeat, adeoque tale amplius non sit, quale in Instituto nostro praescribitur (6).

Remedia indicantur et praescribuntur:

3. — Igitur ne Theologiae studio, quod ex Constitutionibus praecipuum nobis esse debet (7), quidquam ad integritatem soliditatemque deficiat, et ne ad illud excitandum fovendumque adminicula stimulive desiderentur, R.ae V.ae enixe commendamus, ut:

1º Nihil Theologiae omittatur in scholis.

1º. In Collegiis, ubi nostri Scholastici Theologiae operam navant, sic ante omnia studium Theologicum disponatur, ut universa sacra doctrina, id est, non solum eae partes, quas hodie dogmaticas appellant, sed morales quoque, ex regulis, quas Ratio Studiorum Professoribus Theologiae Ordinariis praescribit, tractentur, nihil omittendo eorum, quae seu credenda seu facienda sunt, omniumque principia et fundamenta solide discutiantur, demonstrentur et defendantur.

2º Tertius Professor, si opus sit, addatur.

2º. Quod si duo Professores totam Theologiam quadriennio absolvere nequeant, tertius addatur Ordinarius Professor, qui partem aliquam eodem modo doceat; huic tamen non amplior materia assignanda est, quam biennio finire potest; ne Nostri, qui biennio integro quotidie per horam Sacrae Scripturae Magistrum audire tenentur, aut nimium onerentur aut partem aliquam Theologiae non audiant. Hic autem tertius Professor tractare debebit de actibus humanis, de conscientia, de legibus divinis et humanis in genere, deque

---

(3) Cf. Reg. Prof. casuum in *antiqua Rat. Stud.*, et Reg. Prof. Theol. mor. in *nova Rat. Stud.*

(4) Qui valetudinis causa vel ex minori ad studia speculativa aptitudine vel alia de causa ex Superiorum iudicio cursum integrum Theologiae scholasticae (cursum maiorem vocabant) sequi non poterant, peculiarem cursum frequentabant, quem nunc seminaristicum diceres; tunc vero cursus minor vel brevior vel etiam compendiarius vocabatur. Et sane tunc re vera brevior quoque erat, tribus nempe tantum annis complendus. Nunc vero, etsi cursuum distinctio perseveret, uterque quattuor annos exigit, iuxta leges ecclesiasticas.

(5) *Examen ad Gradum* vocatur in Societate ultimum examen totius studiorum curriculi, theses ex universa Philosophia et Theologia complectens, quod per duas horas producitur; ante recentem Constitutionem Apostolicam « Deus scientiarum Dominus » istud Examen aequipollens habebatur laureae in Philosophia et Theologia. Ut quis ad sollemnem quattuor votorum professionem promoveatur, generatim requiritur ut hoc examen ei bene successerit.

(6) Cf. decr. 37 Congr. Gen. VIII (an. 1645).

(7) *Constit.*, P. VIII, c. 12 n. 1.

Ecclesiae praeceptis in specie, nec non de consiliis evangelicis; item de peccatis in genere et in specie, de habitibus bonis et malis, seu de vitiis et virtutibus et in specie de virtutibus theologalibus et cardinalibus earumque connexis.

3°. Etsi hi Professores Ordinarii principia, quae moralem spectant, omnia etiam in tractatu de Sacramentis explicare teneantur, non tamen ad casus particulares descendere debent; ad huiusmodi enim principiorum applicationem in consuetis casuum collationibus Scholastici exercebuntur.

3° Casuum collationes.

4°. Nostri porro, qui ad Theologiam Scholasticam destinati sunt, praeter hos Ordinarios Professores, alium, qui casus docet, aut Ius canonicum vel Historiam Ecclesiasticam tradit, frequentare indiscriminatim ne obligentur; quae enim in his maioris momenti reperiuntur nec in Theologia occurrunt, vel privato studio vel academicis exercitationibus suppleri poterunt.

4° Alii cursus ne indiscriminatim ab omnibus frequententur.

5°. Examinis annui materia sit, quae per anni decursum ab Ordinariis Professoribus duobus vel tribus tractata fuerunt. Examen ad Gradum ad Instituti normam [8] omnino revocetur, adeoque praeter tres theses philosophicas, quae praecipuas universae Philosophiae difficultates contineant; quatuor sint theses theologicae singulae singulis Summae D. Thomae partibus respondentes; unaquaeque thesis tria saltem membra habeat, quae praecipuas pariter Theologiae universae difficultates complectantur, ita ut vere *Ex universa* dici Examen valeat. Harum dein Thesium exemplar ad Urbem mittetur.

5° Materia examinum.

6°. Qui ad compendiarium Theologiae cursum destinantur Scholastici, scholam, quantum pro locorum adiunctis fieri potest, separatam habeant. Praeter Theologiae moralis Professorem, qui bis quotidie docebit, frequentabunt alium, qui biennio pariter brevem Dogmatum notitiam illis tradet [9]. In fine anni ex utraque materia diligenter examinandi erunt; ad sacros vero Ordines non promoveantur, nisi in utraque saltem mediocritatem attigerint.

6° Peculiares cursus habeantur pro Theologia compendiaria.

Haec si serventur, cessabunt haud dubie querelae de insufficienti Nostrorum in Theologia praesertim morali exercitatione, modo tamen alienis occupationibus a studio ne distrahantur aut privato studio scholas supplere aut tempus contrahere permittantur; qua in re Superiorum maxime conscientiam oneramus.

Ordinat. etc., 153 sqq.

(8) Instructio XIX : in *Instit. S. I.*, vol. III, pag. 382.
(9) Cf. Congr. Gen. XXI (an. 1829), decr. 16.

DCXIV.

Ad Patres et Fratres Societatis.

Commendat ut singulari fervore fiat novena gratiarum in honorem S. Francisci Xaverii (1).

Roma, 15 Februarii 1848.

Commendat ut singulari fervore fiat novena gratiarum in honorem S. Francisci Xaverii.

Tot inter ac tantas insectationes, quibus tum Societas nostra, tum Ecclesia Dei et Sancta Sedes Romana impetitur (2), quamvis non dubitem, quin quotquot sunt Societatis Filii, et maiori fervore spiritus regularumque observantia, et sacrificiis et precibus et poenitentiae etiam operibus oblatis, divinam Iustitiam placare et Misericordiam implorare studeant; non possum tamen, quin et currentibus animos ad pergendum addam, et segnioribus stimulos admoveam. Agitur enim sane, Patres Fratresque carissimi, de rebus, quarum nostra omnium interest, quaeque ad gloriam Dei, cui nos vitamque nostram devovimus, ultra quam dici possit, pertinent.

Appropinquant dies, qui a quarto ad duodecimum proximi mensis Martii peculiari religione coli solent in honorem S. Francisci Xaverii, quibus *Novenae Gratiarum* nomen iam dudum fecit fidelium pietas, quibusque etiam copiosi indulgentiarum thesauri concessi fuere a Summis Pontificibus (3). Hi ergo dies, ut singulari fervore a Nostris omnibus peragantur enixe commendo, utque etiam fidelibus idem ubi fieri potest commendetur, vehementer desidero. Oretur pro Societate, pro Ecclesia, proque Sanctissimo Domino Nostro Papa Pio IX. Superioribus relinquo statuendum, quid in commune ab omnibus in sua domo vel Collegio praestari, quid singulis vel praescribi vel permitti conveniat. Memores autem simus omnes verborum Psalmistae: *Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio; humiliabam in ieiunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur* (4).

---

(1) Notissima haec pietatis praxis in honorem S. Francisci Xaverii, quae originem duxisse dicitur a clarissimo Martyre Iaponiae, Servo Dei P. Marcello Mastrilli S. I. († 1637), peragitur potissimum ante diem 12 Martii, quo die annua canonizationis memoria recolitur tam ipsius S. Francisci Xaverii quam magni eius Patris in Christo S. Ignatii de Loyola (12 Mart. 1622). Sed etiam alio quovis anni tempore peragi potest: nunc vero Indulgentiae quoque eidem concessae non iam determinato tempori sunt alligatae, prout antea erant. Cf. notam 3.am

(2) Ut notum est, tunc parabantur perturbationes, quae post mensem ubique in Italia et etiam alibi in magnum veluti incendium exarserunt.

(3) Nuper hae Indulgentiae auctae sunt et pressius definitae, ablata quavis temporis determinatione: v. *Preces et pia opera etc.*, Typ. Vaticanis, 1938, sub num. 462.

(4) *Ps.* XXXIV, 13.

Cuperem sane, ut ante illorum sanctorum dierum initium, relegerentur, vel in communi exhortatione recolerentur, quae magis ad rem facere videbuntur ex iis, quae in litteris ad universam Societatem datis die 29 Ianuarii anno 1845 (5) et 21 Septembris eiusdem anni (6), itemque 1ª Ianuarii anni superioris 1847 (7) iterum iterumque commendavi.

Sanctis omnium vestrum Sacrificiis et orationibus me plurimum commendo.

Ordinat. etc., 155 sq.

DCXV.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De cultu Sacratissimi Cordis Iesu (1).

[Massilia], Octava Ascensionis Domini,
[8 Iunii] 1848 (2).

Quas imminere Societati calamitates iamdudum nec semel vobis innuebam (3), Patres et Fratres carissimi, etc. De cultu Sacratissimi Cordis Iesu.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 413-424).

DCXVI.

Ad Patres et Fratres Societatis.

De cultu Purissimi Cordis Mariae (4).

[Massilia], 24 Iunii 1848 (5).

Nuper, tot ac tantis calamitatibus pressi, etc. De cultu Purissimi Cordis Mariae.

(*Opera spir.*, vol. I, pp. 425-427).

(5) V. supra, epist. DCVIII.
(6) V. supra, epist. DCIX.
(7) V. supra, epist. DCXI.

(1) Cf. Pirri, pp. 433 et seq. — De hac epistola, quae in Societate identidem adhuc legitur magno cum fructu spirituali, iure dicit P. Pirri quod « è una nuova conferma dell'immensa fiducia e confidenza in Dio che sosteneva l'animo del santo religioso, fra le tante calamità che vedeva piombare sulla Compagnia e ch'egli attesta di avere già da lungo tempo presagite e predette » *(ibid.)*.

(2) Tam in vol. I *Opera spir.*, l. c., quam in collectione *Epistolae Praepositorum Generalium ad Patres et Fratres Soc. Iesu* (Rollarii in Belgio, 1909, tom. III, pp. 1-23), non indicatur locus nec dies, quibus haec epistola data est, sed tantum dicitur: « Octava Ascensionis Domini MDCCCXLVIII ». Aliunde tamen scimus eam datam esse Massilia et Octavam Ascensionis illo anno fuisse die 8 Iunii : cf. Pirri, pag. 433.

(3) Cf. v. gr. epist. DCXI.

(4) Cf. Pirri, pag. 433.

(5) Etiam haec epistola data est Massilia, quamquam sive *Opera spir.* sive *Epistolae PP. Generalium*, locis supra citatis (vide not. 2), locum non indicant: cf. Pirri, pag. 433, ubi tamen habetur *27 giugno* pro *24*, fortasse ex mero errore typographico.

DCXVII.

Ad Praepositos Provinciales.

Monitum de spiritu paupertatis fovendo (1).

[Marseille, Mars 1849] (2).

Monitum de spiritu paupertatis fovendo.

Je ne puis me dispenser, mon Rév. Père, de vous communiquer une pensée, qui me donne beaucoup de sollicitude depuis longtemps.

Il me semble que devant Notre Seigneur et devant N. S. P. [Ignace] nous laissons beaucoup à désirer sous le rapport de l'*esprit de pauvreté* (3).

Dans l'administration des *Supérieurs* (je parle ici plutôt du temps passé): combien de dépenses malentendues — en bâtisses — en arrangements de jardins, de terres — de véritables malversations. Un Supérieur pourtant n'est pas *maître* absolu, pour faire des dépenses à *son gré,* quand même il aurait abondance de resources. C'est ce qui n'a pas toujours été compris; au moins le doit-on dire, à voir ce qui a été fait en divers temps et en plusieurs endroits.

Dans un assez grand nombre de nos *religieux: recherche* d'aises et de commodités etc., dans les habits, dans les petits meubles, dans les chambres, dans ce qui est appelé dans nos Constitutions *victus, vestitus,* et *lecti ratio...* bien au delà même de l'usage *honestorum Sacerdotum...* (4), et dans les voyages... —

Ce qui est particulièrement affligeant, c'est que ce défaut d'*esprit de pauvreté* se remarque trop souvent, même dans ceux qui se dévouent aux *Missions étrangères,* soit dans le

---

(1) In regesto non inscribitur ut vera epistola communis, sed ut *N. B.*, et peculiari hoc titulo inscribitur: « *Avertissement du T. R. P. [Général] sur la pauvreté, aux Provinciaux* ». Probabiliter datum fuerat, ut litteris ad singulos Provinciales data occasione scribendis adderetur. Atque ita explicatur cur non habeatur indicatio diei, ut in seq. nota dicitur. — Cum tamen gallice sit scriptum, non videtur missum esse ad omnes Provinciales.

(2) In regesto nec locus nec tempus indicatur. Tunc P. Roothaan Massiliae residebat; ad tempus autem quod attinet, cum hoc « *Avertissement* » insertum sit inter litteras diebus 9-12 Martii 1849 datas, pronum videtur eidem mensi Martio esse assignandum.

(3) Ut alias vidimus, P. Roothaan, pro sua conscientiae sanctimonia et studio promovendae perfectionis cum in se tum in suis, magna et quandoque etiam nimia angebatur sollicitudine de iis defectibus qui contra Constitutiones viderentur, et maxime contra paupertatem in Constitutionibus tantopere commendatam. Meminerimus etiam illum hic non ad omnes loqui, sed ad Praepositos Provinciales, quorum erat dein pro rerum adiunctis proxime urgere et applicare ad domos et sodales singulos, quae hic duriuscule fortasse et cum quadam pia exaggeratione animadvertebantur.

(4) Sunt verba ipius *Formulae Instituti S. I.* a Iulio III approbatae (num. 8): «... in iis quae ad victum et vestitum et cetera exteriora pertinent, honestorum Sacerdotum communem et approbatum usum sequantur... ».

voyage, soit quand ils sont rendus *dans le pays de la Mission*. —

Et quand je pense que les resources des Missions sont, en grande partie, le produit de l'obole de la veuve et du pauvre...!

Tout ceci appelle grandement votre sollicitude:

1° Insister auprès des Supérieurs — et veiller.

2° La lettre du P. Général Nickel sur la pauvreté (5).

3° Dans les *noviciats* et dans les *scholasticats:* — insister pour qu'on fasse bien connaître et pratiquer cet *esprit de pauvreté* — la modération dans l'usage de ce qui est servi ou fourni par la maison.

4° Pour les Frères: — l'obligation de soigner et de conserver ce qui est confié à leur garde ou à leur desposition — cuisine, dépense, garderobe, lingerie etc.

Inter. A, 41 sq.

DCXVIII.

ORDINATIO

DE STUDIIS SUPERIORIBUS (1).

1. *Querelae de quibusdam opinionibus alicubi a Nostris traditis in scholis.* — 2. *De Magistrorum orthodoxia et bona intentione non dubitat.* — 3. *Causa huius mali.* — 4. *Pericula huius methodi.* — 5. *Remedium indicatur et indicitur.* — 6. *Septemdecim propositiones nominatim Nostris prohibitae recensentur.* — 7. *Eaedem diserte vetantur in Societate.*

Massilia, 6 Ianuarii 1850.

Querelae de quibusdam opinionibus alicubi a Nostris traditis in scholis.

1. — Iam pridem variae dubitationes et querelae a pluribus Patribus ad nos delatae fuerant, de quibusdam opinionibus, seu philosophicis seu theologicis, quae a quibusdam ex Nostris doceri dicebantur, periculosae, ac receptae communiter in Scholis doctrinae eoque ipso Instituti nostri legibus minime conformes. Actum quidem officio nostro satisfecisse nobis videbamur, quod Patrum Provincialium studium exci-

(5) « De amore et studio perfectae paupertatis » (die 30 Sept. 1653) : cf. *Epistolae PP. Generalium*, Rollarii, 1909, vol. II, pp. 49-101. — R. P. GOSWINUS NICKEL, Germanus, fuit Praepositus Generalis X, annis 1652-1664.

(1) Ad R. P. LUDOVICUM MAILLARD, Praepositum Provinciae Lugdunensis, primum data est, quia potissimum Collegium Valsense, tunc ad Prov. Lugdunensem pertinens, respiciebat; sed, mox ad alias Provincias missa, vere inter Ordinationes communes locum habere debet. Cf. PIRRI, pp. 303 et seq. Vide etiam BURNICHON, *Histoire d'un siècle*, tom. III, pp. 140-161.

tassemus, quo huic rei, quae tanti momenti est in Societate, maiorem vigilantiam adhiberent (2). Ex illa vero admonitione nostra licet aliquis fructus exstiterit, non tamen omni malo seu periculo mali efficaci remedio occursum fuisse apparuit. Ultimo enim hoc anno praedictae dubitationes et querelae a pluribus Patribus renovatae sunt. Quare scripta plura et codices, in quibus eae sententiae contineri dicebantur, ac praecipua quaedam eiusmodi sententiarum capita, pluribus Patribus in philosophicis ac theologicis studiis diu multumque versatis diligenter examinanda tradidimus. Ex quo quidem examine, re diu multumque ponderata cum PP. Assistentibus, in eam sententiam unanimi consilio devenimus, nullo modo nos posse permittere, ut porro in Scholis nostris tales doceantur sententiae, utpote legibus Instituti minime consentaneae. Iubemur enim *sequi in quavis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam* (3), et iterum *solidiorem et securiorem* (4); vitare item iubemur sententias, *quae discreparent ab eo, quod Ecclesia et eius Doctores communiter sentiunt* (5).

De Magistrorum orthodoxia et bona intentione non dubitat.

2. — Neque tamen, aut orthodoxiam Patrum, qui talia dicebant, in dubium vocamus ullo modo, aut illas illorum opiniones absolute condemnare intendimus, cum hoc sit altioris Auctoritatis; quin etiam persuasum nobis est, Patres illos optima intentione id egisse, ut grassantes hisce temporibus errores nova argumentandi ratione confutarent. At videtur nobis tantum abesse, ut laudabilem illum scopum attingerent, ut potius in extrema praecipitii ora incedentes, eos qui se sequerentur, gravissimo periculo in illos ipsos errores prolabendi exponerent.

Causa huius mali.

3. — Ac nobis origo mali in primis in ipsa methodo reponenda videtur, qua tam Philosophia quam Theologia tractata fuit. Fundamentum quippe totius doctrinae philosophicae illud statui videtur, quod partim in controversiam vocatur et a plurimis negatur, partim non sine discrimine errorum variorum asseri potest. Tamquam certum statuitur, menti humanae essentialem esse formalem et actualem Ideam Dei; huius ideae actuali intellectione essentialiter intellectum humanum constitui, cuius omnis facultas in hoc ipso actu consistat. Ens simpliciter sive Deus ita in se omne Ens etiam realiter continere docetur, ut si non in mente eorum, qui hoc docent, quod utique absit, certe apparenti verborum sensu Pantheismo favere doctrina videri possit. Ita dein actioni Dei omnia tribuuntur, ut creaturae non sua, sed Dei actione gerere dicantur. Atque haec non tamquam incertum systema, sed tamquam certissimae veritates proponuntur; his reliqua omnia innituntur, ad haec continenter revocantur, hisce ipsis doctrina etiam theologica adaptatur.

(2) Cf., v. gr., epist. DXCVI, DC, DCXIII.
(3) *Constit.*, P. IV, c. 5 n. 4.
(4) Cf. *ibid.*, c. 14 n. 1.
(5) Cf. *Constit.*, P. III, c. 1, declar. O.

Pericula huius methodi.

4. — Porro etiamsi liberum esse posset, aliquas ex his opinionibus, ut sententias plus vel minus probabiles propugnare; attamen permitti nequit incertis huiusmodi sententiis quasque plerique ut minus probatas reiiciunt, tamquam solido fundamento totam doctrinam philosophicam, imo aliquatenus theologicam superaedificari. Id tamen factum esse non sine gravi periculo videtur, dum conceptus de supernaturali quasi a priori et ex ratione formatus, sine sufficienti Revelationis adminiculo, ad totam de gratiae et gloriae donis tractationem tamquam fundamentalis ac certa doctrina translatus fuit. Id quoque factum est, dum conceptibus de supernaturali simul et personalitate sic quasi a priori formatis, doctrina de Personalitate Christi Eiusque actionibus systematice superstructa est. Unde evenit, ut de praedictis dogmatibus notiones quaedam et assertiones propositae sint, quales communiter apud Patres et Ecclesiae Doctores frustra quaeras; vel si quaedam ab uno alterove propugnatae sint, eas a reliquis melioris notae Doctoribus vel ut minus probatas vel ut falsas, certe periculosas, impugnatas videre sit. Aeque vitiosam censemus methodum, in tractanda Theologia potius rationibus ex Philosophia, iisque minime irrefragabilibus, probare plurimas veritates theologicas, quam argumentis ex Scriptura, Traditione, Doctorum consensu depromptis. Etsi enim in Theologia moderatus rationis usus minime spernendus sit, tamen ipsa ut famula subsequi potius et subservire, quam primas tenere debet. Minime quoque probare possumus, circa res theologicas communem Doctorum loquendi rationem non semper fuisse conservatam, sed novos subinde terminos invectos, ita ut quae fortasse in mente illorum Professorum, ac iuxta notionem, quam quibusdam vocibus tribuunt, vera sunt, ea, si termini, ut communiter solent, accipiantur, vel falsa, vel minus probanda, certe periculo non vacua reperiantur.

Remedium indicatur et indicitur.

5. — Quae omnia ut e Scholis Societatis eliminentur, nos, qui conscientiae nostrae nulla in parte deesse volumus, rogamus atque quantum possumus obtestamur omnes, qui studiis hisce Philosophicis vel Theologicis operam dant, ut sapiant, sed *sapiant ad sobrietatem* (6); ac licet amplum scientiae philosophicae campum noverint lumine rationis illustrante percurrendum, tamen facem Revelationis etiam Philosopiae praelucere semper debere meminerint, maxime vero in studiis huiusmodi a recepta communiter inter Doctores et probatiori doctrina ne discendant, ut singulares quasdam sententias etiam specie maioris pietatis sectentur.

Septemdecim propositiones nominatim Nostris prohibitae recensentur.

6. — Ut tamen tanto certius omne periculum doctrinae minus receptae, ac probatae a nostris Patribus propulsemus, quasdam praecipuas ex Philosophia ac Theologia assertiones

(6) Cf. *Rom.*, XII, 3.

selegimus, quas in sensu obvio acceptas a Nostris sive in Scholis, sive in Disputationibus, Concionibus, Libris scriptis sive prelo aut lithographice impressis doceri ac teneri prohibemus.

PROPOSITIONES IN SOCIETATE NON PROPUGNANDAE (7).

EX PHILOSOPHIA:

1ª.

Idea Dei actualis et formalis est intellectui humano essentialis, eius constitutiva, prima omnium, sola positiva ac proprie idea.

2ª.

Existentia Dei est per se nota, non tantum quoad se, sed etiam quoad nos.

3ª.

Deus in simplicissima sua Unitate continet *realiter*, licet absque forma, entia omnia distincta et diversa. Unde:

a) Deus, ut Ens simpliciter, est omne ens existens;

b) Supra, extra et praeter Deum, nihil est;

c) Deus est totum, ita ut non detur medium inter Deum et nihil;

d) Ens quatenus ens, ita est, ut nunquam possit non esse;

e) Ens simpliciter et ens finitum ideo non faciunt numerum, quia non sunt plane diversa, fere sicut corpus et brachium.

4ª.

Creare est actuare formaliter essentiam rei in Deo *realiter* contentam; seu actio creandi est actus Dei, quo Deus actuando Seipsum ut ens eminens, hominis v. gr., hominem formalem a Seipso formaliter distinguit, negat et excludit, ac extra Se actuat et ponit. Hoc ens formale substantiae creatae remanet post creationem comprehensum in Ente eminente, seu in Deo, tamquam pars in toto, non quidem in toto formali, sed in toto infinito, simplicissimo, quod suas quasi partes absque ulla sui divisione et diminutione extra se ponit.

(7) Quo sensu hae propositiones vetitae sint a P. Roothaan, ipse explicat initio huius Ordinationis. Quaedam, praesertim ex philosophicis, deinde damnatae sunt etiam a Sancta Sede, decreto Sancti Officii d. 18 Sept. 1861 inter errores Ontologistarum: cf. DENZINGER, nn. 1659-1665.

5a.

Deus, Se actuando, ut ens eminens hominis *liberi,* constituit ipsius essentiam et possibilitatem, omnesque ipsius proprietates, et facultates, *actus ac modos.*

6a.

Deus solus per causas creatas agit; nulli autem creaturae competere potest potentia seu vis *propria et instrinseca* agendi ad extra, seu agendi ut causa per se solam efficiens; sed quando agit creatura, *agit ipsa Dei actione,* seu Deus per eam. Hinc:

a) Spiritus creatus non habet aliam motionem quam volitionem, caretque vi agendi proprie in alium spiritum.

b) Anima non potest per se et vi propria movere etiam proprium corpus.

c) Corpora carent vi intrinseca et proprie activa, sed habent solum aptitudines.

7a.

Essentia animae intelligentia tantum et voluntate constituitur; facultates autem et habitus, sive naturales sive supernaturales, aliud non sunt, quam actus permanentes.

8a.

Unio naturalis animae et corporis dici potest et est unio hypostatica.

Ex Theologia:

9a.

Esse supernaturale consistit in Dei, ut Dei, intima, physica, substantiali communicatione menti facta, et unio inde orta; ex qua menti accedit nova potentia agendi ipsomet Dei actu, qui sic menti proprius fit, ut actus Dei et actus mentis sit numerice unus.

10a.

Gratia actualis est communicatio actus divini, intime, physice et substantialiter facultatibus mentis uniti; quo actu divino mens agit, ut nova forma, novo agendi principio, seu nova potentia informata.

11ª.

Actus, quibus iustificamur, Deus in nobis producit, non tantum ut causa efficiens, sed ut causa formalis, seu ut forma informans mentem creatam. Gratia autem habitualis seu sanctificans est ipse Spiritus Sanctus intime, physice, substantive et personaliter voluntati unitus, eam informans, et faciens ut anima actu illo divino sibi unito permanenter Deum amet. Unde gratia non est aliquid creatum, sed increatum, et improductum quid, proprie dicenda est. — Lumen gloriae similiter non est aliquid creatum, sed ipse divinus Intellectus menti communicatus et unitus, qui ipsam visionem facit et formaliter constituit, ut forma qua mens Deum cognoscit aut videt. Unde:

a) Actus quo intellectus creatus Deum intuitive videt, est numerice unus cum actu quo Deus videt Seipsum. Et intellectus creatus, quatenus est sic actu videns, est unus et idem cum Intellectu divino, ut Seipsum vidente.

b) Tum visio qua Deus Seipsum videt, et amor quo Seipsum amat, tum Intellectus ipse divinus et Voluntas, et ipsa Dei Substantia, fiunt cum mente creata cui infunduntur, una substantia concreta.

13ª.

In Christo nequeunt esse plura principia vitalia in unum non convenientia, sed debet in Eo esse unum principium totale et indivisum vivendi, quod totum compositum informet; quia, ut sit unum suppositum vivens, debet in ratione exsistendi esse aliquod totum unum, in se habens vitam unam et individuam, seu eamdem penitus.

14ª.

Humanitas Christi libera est, at sub influxu et dependentia physica, ineluctabili et indestructibili Verbi, eam suo actu personali penetrantis, informantis, et pro suo lubitu ad actus particulares applicantis, ita ut voluntas humana Christi a divina Verbi moveatur, eique ita subiiciatur, ut nec ad contrarium nec ad aliud determinare sese possit; ideoque necessario quae placita sunt Patri, faciat semper.

15ª.

Humana Verbi voluntas vere libera esse intelligitur, quia Verbum actum liberum voluntatis suae divinae in humanam transfundit, in ea et per eam ut liberum vitaliter recipien-

dum, ita ut liber divinae voluntatis actus, non tantum in humana sit voluntate, sed etiam ab ea sit.

16ª.

Christum propriis, liberis et meritoriis actibus Deum ut finem suum prosequi, repugnat unioni hypostaticae.

17ª.

Hominis satisfactio pro peccatis in eo consistit, quod Christus ei actus suos infundat, et homo per eos ut iam vere suos, peccatum retractet et debitum solvat.

7. — Quas omnes propositiones, etsi nonnullae, ex philosophicis praesertim, possent quidem ut merae opiniones utcumque permitti, cum tamen nec communiter admissae, nec satis firma ac probata ratione nixae sint, ut tamquam certae et indubitatae doceantur, multoque minus ut assumantur velut fundamentum ac basis omnis ratiocinii in quaestionibus ad doctrinam fidei pertinentibus; ideo omnes et singulas e nostris Scholis proscriptas volumus. Ne vero praedictae a Nostris, tam Professoribus quam ceteris Patribus Fratribusque, doceantur, necessarium esse duximus, mandamusque, ut omnes libri ac codices scripti, vel lithographice impressi, in quibus eiusmodi doctrinae continerentur, nec in discipulorum manibus versari permittantur, nec Professoribus pro suis parandis codicibus serviant. Praedictorum executionem R.ae V.ae (8) ac per eam omnibus Superioribus localibus, ad quos pro suo munere spectabit, serio commendamus, ac ideo praecipimus, ut ad omnium notitiam perveniant. Tanto vero minus de fideli executione tam Superiorum, quam inferiorum anxii sumus, quanto perspectior nobis est promptus omnium et singulorum animus ad obediendum tum in reliquis omnibus, cum maxime in re ad doctrinam spectante, cuius omnimodam puritatem primum esse debere Societatis decus, facile perspiciunt (9).

Eaedem diserte vetantur in Societate.

Ordin., pp. 159-164.

(8) Ordinatio haec, ut diximus, primum et directe missa est Praeposito Prov. Lugdunensis, P. Ludovico Maillard (vide supra, not. 1).

(9) Et sane plena fuit Professorum Valsensium submissio, ut narrat Burnichon, *l. c.*, pp. 160 et seq.

DCXIX.

Ad Superiores Regulares Missionum (1).

De ratione conficiendi quotannis informationes in singulis Missionibus nostris.

1. *Ampliores informationes desiderantur.* — 2. *Qua ratione conficiendae.* — 3. *Alia praestanda commendantur.*

Roma, 13 Augusti 1851.

Ampliores informationes desiderantur.

1. — Noverit R. V. Moderatores Societatis de Propagatione Fidei Lugduni primum erectae a nobis quotannis exquirere de singularum Missionum nostrarum statu atque necessitatibus informationes, quibus discussis comparatisque cum relationibus quas alii Ordines religiosi seu Congregationes transmittunt de suis Missionibus, ipsi statuunt quid nostris cessurum sit de eleemosynis anno proxime elapso collectis. Iam vero evenit non raro ut licet serio atque attente compulsentur litterae omnes per totius anni decursum a nostris Missionariis ad nos scriptae, non nisi ieiunas informationes, aut saltem non quales desiderantur, transmittere possimus.

Qua ratione conficiendae.

2. — Cui quidem sane non levi incommodo ut occurramus, opportunum nobis visum est sequentia statuere:

I. Singulis annis unusquisque Superior tempestive de statu suae Missionis transmittat informationes, ut ad nos intra mensem Ianuarium sequentis anni perveniant.

II. In illis seorsim exponantur:

1° Numerus Sociorum atque expensae quae praevidentur omnino fore necessariae ad illorum sustentationem;

2° Aliae necessitates Missionis; veluti templorum et scholarum instaurationes aut erectiones; catechistarum efformatio et sustentatio etc.; novorum etiam Missionariorum viaticum, quantum constare soleat.

NB. Indicanda tamen etiam sunt media, si qua iam Missio possideat, independenter ab eleemosynis Propagationis Fidei, ad solvendam partem aliquam illarum expensarum.

Alia praestanda commendantur.

3. — Eadem occasione commendo ut, iuxta votum Directorum praefatae Societatis de Propagatione Fidei:

1° Singulis annis, prima die non impedita post Commemorationem omnium Fidelium Defunctorum, singuli Missionarii Sacrum unum faciant, atque Christifideles ipsorum curae commissos adhortentur, ut orent pro defunctis associatis huic praeclaro operi.

2° Ut interdum, v. g. semel in anno, unusquisque Superior scribat ad Moderatores Propagationis Fidei, iuxta pa-

(1) Non indicatur in regesto ad quos hae litterae missae sint; ex contextu patet eas datas fuisse ad Superiores Missionum.

radigma solitum; atque si nihil huc usque in sua Missione statutum sit circa modum redigendi relationes in *Annalibus* dictae Societatis inserendas, id statuere non praetermittat. Ponantur summatim fructus spirituales collecti. Adnotentur breviter ea quae magis ad aedificationem facere possunt: veluti dotes conversorum ad fidem; insignis in aliquo districtu morum mutatio, aut peculiaria quaedam facta ex quibus solatium in Domino percipere queant qui ea lecturi sunt; — labores, morbi etc... Missionariorum; consilia quae ad amplificandum bonum agitantur etc. Haec provincia demandari potest uni vel pluribus Patribus, quorum scripta Superior accurate releget, atque, ubi opus erit, emendabit antequam mittantur. Haec omnia autem semper directe atque aperta transmittentur ad Praepositum Provinciae cui Missio adnexa est, qui deinceps videbit an expedienda sint necne, prout in Domino magis opportunum iudicaverit. In illis vero tum litteris, tum relationibus ad externos directis, vel omnino silendum est de aliis Missionariis cleri regularis et saecularis, vel de iis narranda sunt quae ipsis existimationem conciliare possint. Et in universum caveatur ab referenda re quacumque, qua offendi quis possit, si quando, ut fit, *Annales Propagationis Fidei,* in earumdem Missionum loca perveniant.

Cum memorata Societas potissimum sit medium, quo hisce temporibus Divina Bonitas occurrit necessitatibus antiquarum ac recentium Missionum, cumque a pluribus annis non parce Nostris opitulata sit, aequum omnino est ut ipsius Moderatorum votis satisfaciamus.

Commendo me in SS. SS. etc.

Ordinat. etc., 166 sq.

DCXX.

Ad Praepositos Provinciales.

Petit ut unaquaeque Provincia seponat alquid pecuniae quotannis Romam mittendum, et in causas Venerabilium nostrorum impendendum.

Roma, 23 Novembris 1851.

1. — Cum Deus Servos suos etiam post obitum editis signis et miraculis illustrat, satis manifeste ostendit, velle Se eorum sanctitatem et memoriam ceteris in exemplum ac venerationem proponi. Plures eiusmodi Dei Servos numerat

Multae beatificationis causae Servorum Dei e Societate.

Societas, quorum causae dudum introductae sunt apud Sacram Congregationem Rituum, et harum aliquas felici exitu etiam brevi fore expediendas sperare cum fundamento possumus. Has proinde omni studio promovere nostri est officii, A. M. D. G., ad Ecclesiae et Societatis decus ac praesidium, et ad aedificationem tum Nostrorum tum ceterorum Christifidelium. — Ac iam prosperrime cessit impensa his annis opera, tum in beatificatione Patris Petri Claver, nuper, ut notum est, celebrata in Basilica Vaticana (1), tum in causa Venerabilis Patris Ioannis de Britto, quae per Decretum, paucis post illam solemnitatem diebus editum, iam est in limine beatificationis (2).

Sumptus non exigui necessarii.

2. — At in causis huiusmodi promovendis sumptus non exiguos fieri necessario debere nemo ignorat, maxime quando, terminata feliciter causa, solemnitas apud S. Petri Basilicam agenda est, priusquam alibi eiusdem Beati festum celebrare liceat. — Iamvero pro expensis beatificationis Patris Petri Claver necesse non fuit ex variis Provinciis subsidia corrogare, tum quia exstabat adhuc aliquod pecuniae depositum huic causae destinatum, tum quia nostri Patres Hispani, digno sane Patrum suorum generositate animo, et de sua paupertate et pio studio in colligendis fidelium largitionibus, soli quae necessaria erant suppeditaverunt. — Verum non ita se res habet in causa Venerabilis Patris Ioannis de Britto, cuius ut agi possit beatificatio (id quod intra annum fieri deberet), cogimur Provincias omnes pro sua quamque facultate in partem vocare, ut petitis etiam a benefactoribus eleemosynis, ad hos sumptus concurrant. Quare videat R. V. quid in hac parte Provincia sua praestare possit, ac tum Suam, tum aliorum industriam excitet, et quantum pecuniae fundate sperari ex ista Provincia possit, quamprimum ad nos perscribat, ut praeparari possint, quae ad solemnia illa celebranda requiruntur.

Subsidia a Provinciis conferenda, et qua ratione.

3. — Cum vero et aliae sint causae Venerabilium Nostrorum, ut supra dicebam, quae non difficulter ad optatum beatificationis exitum, Deo bene iuvante, deduci posse videantur (id quod nemini Nostrum non summopere exoptandum), pro his etiam promovendis aliquid subsidii petere cogimur, praesertim cum parum ad intentum finem illa dispositio produxerit, quam in hanc rem dederamus die 31 Decembris 1843 (3). — Quamvis autem graves sint temporum circumstan-

(1) De beatificatione S. Petri Claver alias incidit mentio: cf. supra, v. gr. epist. CCCCXXXIX et DXXXII (respective pag. 234 nota 6 et pag. 380).

(2) De B. Ioanne de Britto deque decreto ad quod hic innuitur, cf. supra, epist. DXXXII (pag. 380 sqq.).

(3) En tenor illius *dispositionis*, die 31 Dec. 1843 datae, ad quam hic innuitur: « Cum omnis pecuniae summa, quae pro Venerabilium nostrae Societatis Servorum Dei beatificationis et canonizationis causis deponitur, in expediendis eorumdem Actibus plerumque insumatur; eleemosynae vero, quae pro ipsis beatificatio-

tiae, et Domus fere omnes et Collegia inopia premantur, non videtur tamen nimis grave futurum, quod in mentem venit consilium, idque fidenter cum R. V. communico. Unaquaeque Provincia, exiguam partem tribuentibus Domibus aut Collegiis singulis, seponat aliquid pecuniae quotannis Romam mittendum, et in causas Servorum Dei impendendum. Ratio iniri possit huiusmodi. Quaevis Provincia, censu Sociorum inito, unum supra centenos singulos sibi alendum esse fingant, et quantum in huius victum iuxta consuetudinem vitamque communem impendere deberet, id causis Venerabilium Nostrorum consecret. Ita scilicet hic Romae constituetur depositum, ex quo facilius et expeditius debitus honor et cultus Venerabilibus Nostris ad Societatis praesidium et ornamentum procurari possit.

Ceterum faciat quaeque Provincia annis singulis pro viribus ac bona voluntate. A Venerabilibus enim Dei Servis et Amicis, non in spiritualibus modo, sed et in temporalibus necessitatibus opem ac praesidium exspectare merito possumus et debemus.

Commendo me in SS. SS. etc.

Ordinat. etc., 172 sq.

DCXXI.

SCHEMA

CUIUSDAM EPISTOLAE VEL ADHORTATIONIS COMMUNIS (1).

« Zelus indiscretus » (2).

[Roma, ...] (3).

1. — Incommodum est indiscretio incipientibus satis familiaris, iis praesertim, qui institutum vitae mixtae complexi sunt. Nam cum ad Divinae gloriae procurationem vocati veri zeli

Zelus indiscretus, maxime in incipientibus.

num et canonizationum solemniis celebrandis colligi solent, ad persolvendas illarum expensas persaepe non sufficiant; visum est omnino operae pretium statuere, ut, quam bonorum suorum renuntiationem quilibet Societatis more constituens cuicumque Domui vel Collegio aliquid legaverit, ex capitali summa quinque scutata in singulis centenis detrahantur, Procuratori Nostro Generali tradenda, quibus depositum constituatur, ut necessarii ad praedictas solemnitates peragendas sumptus perferri valeant » (Ordinat. etc., pag. 142).

(1) Hoc schema (utrum epistolae an adhortationis conici nequit) habetur in Archivo Romano S. I. in edem fasciculo, a regesto distincto, de quo supra diximus (epist. DXXX, pag. 859, not. 1), cui titulus: « *Epistolae Communes R. P. Roothaan* », sub numero 78. Etiam huic schemati P. Archivista inscripsit notulam: « incerti anni ». — Schema, per septem pagellas aliena manu exaratum, (nisi forte tantum aliena manu transcriptum), nondum proxime paratum fuisse videtur, sed tantum materiem exhibere et praecipua tractationis capita. At P. Roothaan certe lilud saltem attente revidit: nam, praeter titulum ab ipso inscriptum, adest in quarta pagella correctio et additio ipsius certe manu apposita. Ideoque duximus etiam hoc schema aptum hic locum invenire posse, quia certo certius mentem Patris Roothaan hac de re ostendit.

(2) Hic titulus, ut nota praeced. diximus, manu ipsius Patris Roothaan inscriptus est.

(3) Nulla adest indicatio temporis: cf. hic supra, not. 1.

igniculos sentire incipiunt, facile sit, ut eo fervore longius, quam par esset, ferantur. Haec eorum indiscretio tribus potissimum in rebus elucet.

Primum enim facile solent in aliorum tum saecularium, tum Religiosorum vitam incauta curiositate, bono tamen saepe praetextu, oculos coniicere, et nonnumquam virorum Principum, atque Praelatorum, Reipublicae moderatorum mores apud se temerario plerumque iudicio, cum rem ipsam cum omnibus circumstantiis nondum satis ob aetatem et enexperientiam assecuti sint, condemnare.

Deinde de iisdem moribus facile cum aliis miscent colloquia et quid ipsi sentiant aeque temere effutiunt, eo praetextu quod exoptent abusus omnes e Christiana Republica tolli. Id quod sibi etiam ex parte incumbere existimant, cum ad eum finem vocati sint.

Denique ipsis etiam factis suam indiscretionem testantur, cum temere ad functiones ipsas non satis a virtutibus parati accedunt; cum suis viribus maiora suscipiunt; cum imprudenter proximos, Superiores praesertim et primarios viros, sive publice sive privatim cum magna plerumque eorum offensione, sine debita reverentia et circumspectione coarguunt; cum ad indiscretas mortificationes et orationes impellunt, cum novos quosdam, et inusitatos modos proximum adiuvandi cum offensione instituunt; et alia id genus quam plurima zelo bono, sed non secundum scientiam tentant. Hoc incommodum eo gravius est, quo et periculosius latet, et difficilius cuique persuaderi potest. Et magis ipsam Dei gloriam impedire, gravioresque animorum commotiones et offensiones excitare solet.

Provenit plerumque ex occulta superbia suique aestimatione, qua fit ut alios facile contemnamus, deque iis iudicium feramus, plerumque ex rerum humanarum inexperientia. Unde etiam fieri videmus ut prudentes viri, qui multa experti sunt, raro de aliis iudicent, rarius obloquantur, sed plerumque excusent, cum perspectas habeant innumeras prope rerum bene gerendarum difficultates, tricas, et impedimenta, quibus expedire se ii, qui rebus praesunt, haud facile possunt.

Primus scopulus vitandus.

2. — Porro duo sunt praecipue indiscretionis scopuli diligenter cavendi. Unus, ne plus aeque, et praeter officii nostri, atque caritatis legem male agentibus indulgeamus, sic ne videamur malam eorum vitam approbare, et iis illiberaliter adulari. Quamquam enim non raro ratio ipsa exigat, ut dissimulemus, et admonitione abstineamus; numquam tamen ita nos gerere debemus, ut iusta detur cuiquam occasio existimandi nos ea probare, quae Divinae legi adversantur. Quare sicut damnanda est illorum indiscretio, qui ultro, quaecumque ab aliis vident, perperam fieri, non rogati, cum tacere plerumque consultius foret, improbant: ita plane reprehensione digna est

eorum mollities, qui vel interrogati, vel quacumque ex lege obligati potentium virorum peccata vel excusant, vel elevant, multis certe modis indiscreti, quod et officii, ad quod a Deo vocati sunt, rationem non discernant, et hominum faciem respiciant, plusque eos, quam Deum timeant, et eorum damnationis, quos potius liberare debuerant, participes se faciant.

Alius scopulus vitandus.

3. — Alius scopulus est, cum ex adverso ita severi sumus, et rigidi ut nullam plane excusationem admittamus, cum in vulneribus animae curandis olei non satis, vini plus aequo adhibemus, cum non satis indignationis asperitatem compassionis affectus temperat. Peccant interdum, neque id leviter, viri alioquin eximiae sanctitatis, dum non satis inter peccatum et peccatorem, inter Dei offensam et hominis miseriam distinguunt. Habet enim haec duo peccatum quodlibet, quod et Dei offensa sit, qua sane ratione merito ad indignationem provocat et odium: sicut enim Deo odiosus est impius et impietas eius, ita cuivis Deum amanti odio esse iure merito potest, non tantum peccatum, sed etiam ipse peccator. Verum si peccatum, ut summa hominis miseria consideretur, quamquam illud quidem odio haberi, et omni ope ab eo, cui inest, quem inficit, quem necat expelli debet, id tamen effici non potest sine magna erga eum compassione, et affectu, atque caritatis, ac mansuetudinis spiritu. Cum enim expelli ab eo non possit, nisi ipse velit, expugnanda primum magno cum miseriae eius sensu, voluntas est, ut a tanta miseria liberari velit. Expugnari vero voluntas vix ac ne vix quidem potest, si animi mansuetudo desit, et intima caritatis viscera non nudentur.

Quam graviter errent hi indiscreti zelatores.

4. — Ergo graviter illi peccant, et a vero scopo aberrant, qui stringunt aciem zeli sui, in ipsum peccati authorem tam acriter, ut eum potius lethali desperatione conficiant, quam salutari compunctione vulnerent; ita sunt acres aliquando, ita severae obiurgationes, ita graves etiam poenae quibus vel poenitentium, vel aliorum peccatorum animos castigant, ut non sibi prius satisfaciant quam, exonerata tota bile et evacuato stomacho, male mulctatos et omnino exasperatos dimiserint. Neque vero boni homines animadvertunt se pro salutari animorum medicina, carnificinam, eamque crudelissimam exercere; poenitentiam, si semel exosa sit hominibus, non esse iam remedium, sed impoenitentiae occasionem. Conclamatae salutis aeger ille est, qui non nisi certa medicina curari potest, quam ille tamen exosam habet, nec vult admittere. Est unicum peccatori poenitentiae pharmacum, amarum satis ex sese, plenum pudore, plenum erubescentia: quid est, cur tu non mellis suavitatem, sed fellis amaritudinem calici infundis? Non veniret ad te peccator, nisi a Dei bonitate fractus; non aperiret secreta conscientiae, nisi tactus interno dolore, et metu divinorum iudiciorum; non probra vitae fateretur, nisi in Christi sanguine vellet ablui.

Quare ergo tu quem divina trahit misericordia repellis, quem salubriter iustitia pungit crudeliter mactas? Quem Christi sanguis ablueret, facis ut in sordibus delitescat? Quos tu ita probris lacessis, et poenis obruis, aut non confitebuntur postea, aut non integre, aut multam impositam non persolvent; ubique periculum est vel impoenitentiae, vel sacrilegii, vel novae culpae.

Divinae misericordiae testimonia et exempla.

5. — Atque his omnibus facile incommodis is medetur, qui acerbitatem illam nimiam cum spiritu lenitatis, et misericordiae suaviter, ac moderate permiscet. Est enim haec Dei ratio, ut misericordia iustitiae semper adiungatur: *Misericordia, et veritas obviaverunt sibi, iustitia et pax osculatae sunt* (4). Et vero etiam ut misericordiae iustitia cedat: *Misericordia exaltat iudicium* (5); *misericordia Domini super omnia opera eius* (6). Quam patiens, quam mitis, et quam multae misericordiae Deus, qui tot, et tantis continuo sceleribus offensus, tam tardus est ad iram, et dissimulat peccata hominum propter poenitentiam; et quae alia ab eo, cuius natura bonitas, proprietas exspectanda est, quam ut eius proprium sit semper misereri et parcere? Nec dissimilis Patri misericordiarum et Deo totius consolationis carissimus Filius Christus Dominus Redemptor noster, qui cum ipse sit splendor Paternae gloriae, et imago substantiae eius, ut nobiscum humanius ageret, humanitatem induit, ut eo quasi velo nostrae se infirmitati accommodaret. Si quae olim forte Dei iustitia per aquas et incendia in eluendis et purgandis hominum flagitiis visa erat; nunc apparuit benignitas Christi Salvatoris nostri, et Dei, dum peccata hominum, non in ipsis peccatoribus, sed in suo corpore vindicavit, atque ut nos ab inferni poenis liberaret, gravissimas ab hominibus voluntarie subiit: misericors sane medicus, fellis plenum mortis poculum, ut aegros sanaret, sanus ebibit. Nec alium terminum Christi Domini et vita et doctrina pollicebatur, qui in omnibus suis et dictis, et factis id unum praecipue intendebat, ut Apostolos, et Apostolorum discipulos ad Christianam mansuetudinem informaret. *Discite a me*, inquit, *quia mitis sunt et humilis corde* (7). *Beati misericordes* (8). *Estote misericordes sicut Pater vester coelestis misericors est* (9). Insigne est et ad propositum nostrum facit miserationis exemplum, quod Christus Dominus circa mulierem adulteram expressit: *Nemo te condemnavit?* inquit, *neque ego te condemnabo* (10). Sibi dictum a Christo aestimet quicumque nimis graviter in peccatores excande-

---

(4) *Ps. LXXXIV*, 11.
(5) Cf. *Iac.*, II, 13: « Superexaltat autem misericordia indicium ».
(6) Cf. *Ps. CXLIV*, 9: «... et miserationes eius super omnia opera eius ».
(7) *Matth.*, XI, 29.
(8) *Matth.*, V, 7.
(9) Cf. *Luc.*, VI, 36.
(10) *Ioan.*, VIII, 10, 11.

scit, eosque debitis poenis mulctandos cupit: *Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat* ([11]): id est, si, vir bone, te peccatis liberum sentis, licet, alienorum peccatorum vindictam urgeas; sin autem te quotidie peccantem tolerat Deus, quotidie rogas ut debita dimittat, non est cur proximum tuum cum tanta indignatione condemnes aut ad supplicium voces. Digna fuit gravibus poenis Samaritanorum ingratitudo, non placuit tamen Domino nimius zelus Apostolorum ignem a coelo ad vindicandam illorum culpam exigentium: *Nescitis*, inquit, *cuius spiritus sitis* ([12]), compassionis videlicet, non indignationis. Aptissima similitudine zelum erga nos homines suum patefecit cum dixit: *Ierusalem, quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alis?* ([13]). Non potest melius, qualis Apostolici viri zelus, et quam maternus ipsius erga filios affectus esse debeat, demonstrari; qualis nimirum erga pullos est gallinae. Sola haec avis se esse matrem ostendit; videmus columbas, hirundines, passeres, et alias, nullam quod pullos habeat, et nutriat dignoscimus; gallina autem ex voce, ex motu, et tota specie corporis, quod mater sit, statim omnibus aperit; sollicitudo, macies, et nuditas qualis esse debeat verae matris affectus ostendit, quae non tam sibi, quam filiis victum quaerat, eosque ab omnium iniuriis cum suo periculo defendat, et espansis latissime caritatis alis perpetuo foveat et complectatur.

Exempla Sanctorum.

6. — Valet ad excitandum in Apostolici viri pectore hunc compassionis, et misericordiae affectum, et ad omnem ex eodem indignationis spiritum, siquis inesset, excutiendum, mitis illa apud Sanctum Dionysium Christi patientis ad Carpum oratio ([14]): *Percute meipsum*, quasi diceret, quid est quod eum, Carpe, pro quo ego sanguinem fudi meum, perditum cupis? Si te tua indignatio, et zelus rapit, habes quem ferias; illi parce, percute meipsum, sin autem me tangere tanta primum passum, tot confectum vulneribus, sacrilegium putas, zelum tempera. Non est germanus Christiani hominis zelus, nisi cuius indignationem miserationis et compassionis lenitas mitigarit. Possem commemorare sanctos viros, qui lenitatis, et compassionis affectu, offensi Numinis verum zelum lenierunt. Unus instar omnium sit Sanctus Paulus: is enim, si quis alius, divini honoris, et salutis animarum zelo flagravit, et tanta simul lenitate, et compassione Christianorum miserias et prosequebatur, et fovebat, ut, quin idem esse debeat Apostolici viri zelus, nemo merito dubitare valeat. Modo se matrem vocat: *Filioli*, inquit,

---

([11]) *Ioan.*, VIII, 7.
([12]) *Luc.*, IX, 55.
([13]) *Matth.*, XXIII, 37.
([14]) Innuitur ad quandam visionem, quam babuisse Sanctus Carpus dicitur: cf. apud Pseudo-Dionysium in Migne, *P. G.*, vol. III, col. 1095 sq. Eam refert etiam Rodriguez, *Exercitium perfectionis*, parte III, tract. I, c. 7.

quos iterum parturio (15). Modo nutricem: *tanquam si nutrix foveat filios suos* (16). *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?* (17) *aemulor vos aemulatione Dei* (18): id est magna, incredibili et plane divina; ad imitationem quippe zeli, quo Deus hominum salutem, et sanctitatem desiderat, suum Paulus zelum formabat, et affectum illum pietatis, ac miserationis, quo singulariter praeditus erat, ex divino pectore hauriebat. Taceo innumeros alios, quos commemorare longum esset: sane satis esse cuique debet, quod quotidiana docet experientia, plerumque iis, qui in procuranda aliorum salute versantur, nihil ad naufragium periculosius esse, quam in hunc indiscretionis scopulum impingere, et spiritum mansuetudinis ac misericordiae deserere: *Nec enim in commotione Dominus, sed in spiritu aurae tenuis* adesse solet (19), ut dura corda emolliat.

Archiv. Rom. S. I. (20).

DCXXII.

Ad Praepositos Provinciales.

Congregatio Generalis cogenda esse decernitur eaque in diem 21 Iunii 1853 indicitur (1).

Roma, 4 Ianuarii 1853.

Congregatio Generalis indicitur.

1. — Temporum tristes vicissitudines (uti probe R. V. novit) a Congregatione Procuratorum (2) celebranda nos prohibuerunt, anno 1850, qui tertius erat ab ultima quam habuimus. Hoc igitur qui sextus annus est, monere R. V. deberemus de Congregatione Provinciali cogenda ad Procuratorem eligendum et ad Urbem mittendum, ut id quod ab Instituto sancitum est, servaremus. Verum, cum Dei beneficio et gratia pax aliqua Europae restituta esse videatur, non ad Congregationem Procuratorum indicendam, sed ad id quod nobis in votis erat, ad Congregationem Generalem cogendam hoc ipso anno, deveniendum tandem esse putamus.

(15) *Galat.*, IV, 19.
(16) *I Thess.*, II, 7.
(17) *II Cor.*, XI, 29.
(18) *II Cor.*, XI, 2.
(19) Cf. *III Reg.*, XIX, 11, 12.
(20) Cf. supra, not. 1. — In regestis nihil habetur.
(1) De causis huius extraordinariae convocationis Congregationis Generalis deque modo quo P. Roothaan ad id firmiter statuendum devenit, cf. Pirri, 523 sqq. — Ut notum est, Congregatio Generalis stato die convenit, sed ad Patris Roothaan successorem eligendum, cum Servus Dei interea e vivis ereptus esset, die 8 Maii 1853.
(2) De triennali Congregatione Procuratorum cf. epist. CCCXVIII not. 15 (pag. 60).

In ultimo conventu Procuratorum, anno 1847, de hoc nostro desiderio non obscure Patribus congregatis verba fecimus. Anno 1850 dum Neapoli degeremus, ad omnes Praepositos Provinciarum litteras *Soli* inscriptas dedimus, in quibus voluntatem nostram de Congregatione Generali convocanda, cum primum tempus id permitteret, aperiebamus. Ac demum proxime elapso anno idem repetendum duximus omnibus Provincialibus. Adsunt enim rationes, eaeque sat graves, quae Generalem Congregationem postulare videntur, ut eam differre omnino nequeamus.

Quamobrem post multas preces Deo effusas, auditis hac de re PP. Assistentibus, et petito Oraculo SS. Domini Nostri Pii PP. IX, in Domino decernimus: CONGREGATIONEM GENERALEM HOC ANNO ESSE COGENDAM.

Normae de iis quae paranda sunt.

2. — Propterea V. R. certiorem facere de hoc nostro decreto quamprimum volumus, ut possit opportuno tempore Provincialem Congregationem indicere ad eos eligendos, qui cum ipsa R. V. ad Congregationem veniant.

Est autem praefixa dies ad conveniendum 21 Iunii huiusce anni 1853. Locusque conventus Romae in hac nostra Professorum Domo.

Omnia proinde R. V. ita disponat, ut adesse hic possit cum Electis ad constitutum diem. Curet autem ut servetur adamussim *Formula Provincialis Congregationis*, tum circa personas, tum circa negotia pertractanda: praecipue vero ut sincere et legitime fiat electio iuxta Formulam. In rebus vero ipsis proponendis enixe curandum, ut de iis agatur, quae perfectionem spiritus promovere, disciplinamque meliorem reddere possint, quaeque eiusmodi sint quae Generali Congregationi merito proponantur.

Curet etiam R. V. ad felicem rei successum Sacrificia et Orationes per Provinciam indicere, et poenitentias aliaque id genus pia exercitia, quibus a Deo impetremus, ut quod tot laboribus, incommodis et expensis intendimus, Sancti Spiritus operante gratia, assequamur feliciter.

Nec abs re erit revocare in mentem V. R. ea quae tempestive paranda sunt et hac occasione adferri debent ad Urbem.

Elenchum subiicio eorum quae sunt paranda:

[*Sequuntur minutae indicationes documentorum, quae occasione Congregationis Generalis aliisque statis temporibus paranda sunt et Romam vel mittenda vel afferenda*].

Commendationes ad Patres electos.

3. — Denique ad communem aedificationem quae alias commendavi, rursus R.ae V.ae in mentem revoco pro opportunitate monendos esse Electos: 1°. Ut nulla externorum negotia saecularia in Urbe et in itinere tractanda suscipiant; negotia autem pia nonnisi cum R.ae V.ae expressa cognitione et approbatione. — 2°. Ne vestitu saeculari ad iter utan-

tur, sed omnino religioso; ubi autem vestitus religiosus in usu non est, eo utantur quo honesti piique regionis Sacerdotes uti solent. — 3°. Ut memores religiosae modestiae et paupertatis, sumptus inutiles, itinerumque ambages evitent. — 4°. Tandem ad gravia incommoda praecavenda, ut quaecumque in Urbe negotia non sine proprii Assistentis vel Procuratoris Generalis, alteriusve Patris ad hoc designati consilio pertractent.

SS. SS. SS. me enixe commendo.

Ordinat. etc., 174 sqq.

INDEX CHRONOLOGICUS

EPISTOLARUM HUIUS VOLUMINIS

———o———

INDEX NOMINUM

NB. — Recensentur hic tantum nomina eorum, ad quos epistolae a Patre Roothaan datae sunt; numeri autem romani indicant epistolas ad singulos missas.

Finito di stampare il giorno 30 dicembre 1940-XIX con i tipi della
Società Tipografica A. Macioce & Pisani — Isola del Liri

M. B. CO
OCT 1941
BINDERS

101,423